uid in veritate tua: Tu dixiſti. Clamabit ad me
⁊ ego exaudiā illum: eripiā eum ⁊ glorificabo eū
Lōgitudine dieꝝ replebo eū: et oſtendā illi ſalu-
tare meū. Ad te ergo dñe clamabo deꝰ meus ne ſile-
as a me. Exurge quare obdormis dñe exurge ne
repellas in finē: q̄re faciem tuam auertis: obliui-
ſceris tribulationis noſtre. Educ de carcere ani-
mas noſtras: vt cōfiteamur nomī tuo dñe. Tūc
deo iubente dixit iuſticia. Nōne ꝑ te ſcp̄tū ē. Iu-
ſtus dñs ⁊ iuſticiā dilexit: equitatem vidit vultꝰ
eius. Iuſticie lex dat vt peccatores cōuertantur in
infernū ⁊c̄. At Dauid. Tace tu nunc iuſticia: nec
mihi moleſta ſis: q̄m ſcp̄tum eſt. Miſerationes
dñi ſuꝑ oīa oꝑa eius. Uñ reſumptis viribꝰ Da-
uid ait dño. Iuſtus q̄dem es dñe: ⁊ rectum iudi-
cium tuū: fac tamē cum ſeruo tuo ſcḋm miſcḋiam
tuam. Remiſcere miſerationū tuaꝝ dñe: memor
eſto cōgregationis tue dñe quā poſſediſti ab ini-
tio. Fiat miſericordia tua dñe ſuper nos: quēad-
modū ſperauimꝰ in te. Tunc et oēs ſancti p̄res
clamātes dixerūt. Ne remiſcaris dñe delicta no-
ſtra vel parētū noſtroꝝ: neqꝫ vindictā ſumas de
peccatis noſtris. Tob. iij. Ut q̄d dñe repuliſti in fi-
nem: iratus eſt furor tuus ſuꝑ oues paſcue tue.
Oſtēde nobis dñe miſcḋiam tuam ⁊c̄. Itaqꝫ mi-
ſericordia cōpatiens generi humano dixit ad do-
minū. Tu exurgēs dñe miſereberis ſion. quia tē-
pus miſerēdi eiꝰ q̄r venit tp̄s. Nōne tibi dñe ꝓpri-
um eſt miſereri: magiſqꝫ tue bonitati cōuenit ſcḋm
miſcḋiam agere q̄ꝫ ſcḋm merā iuſticiā. Audiēs Da-
uid miſcḋiam loq̄ ꝓ ſe: grās agēs dixit. Miſeri-
cordias dñi in eternum cantabo. Sed ⁊ genus
humanū audiens ꝓ ſe eſſe miſcḋiam: cepit forti-
ter clamare. O dei miſericordia. o dei imenſa pie-
tas. o dei bonitas. Miſerere noſtri dñe miſerere
noſtri. Fiat miſcḋia tua dñe ſuꝑ nos ⁊c̄. Exurge
dñe adiuua nos: ⁊ libera nos ꝓpter nomē tuum
Placatus itaqꝫ deꝰ dixit ad Dauid. Uade q̄a vi-
ſitabo vos ⁊ ſuſcitabo ſuꝑ vos v̄bum meū bo-
num vt reducam vos Hiere. xxix. Proſtratꝰ Da-
uid ⁊ gratias āgens dixit Confitebor tibi dñe in
toto corde meo. Narrabo oīa mirabilia tua: leta-
bor ⁊ exultabo in te: pſallā nomini tuo altiſſime.
Narrabo nomē tuuꝫ fratribꝰ meis: in medio iu-
ſtoruꝫ laudabo te. Reuerſuſqꝫ Dauid ad ſuos
ait cum gaudio. Qui timetis deū laudate eū: vni-
uerſum ſemē Iacob glorificate eum. Q̄m nō ſpre-
uit neqꝫ deſpexit dep̄catione pauꝑis ⁊c̄. Intellexi
a dño q̄m in eternū ſeruabo Dauid miſericordi-
am meā: et teſtamentū meū fidele ipſi. Tunc oēs
ſancti patres leti effecti: deo gratias reddiderūt
eum laudātes ⁊ dicentes. Bñdictus es dñe deꝰ
patrū noſtroꝝ. Bñdictꝰ es dñe q̄ intueris abyſſos.
Bñdictꝰ es ſuꝑ thronū maieſtatis: et laudabilis
et glorioſus in ſecula.

¶ Articulus. II. ꝑ modū hiſtorie: qualiter deter-
minatum eſt ꝑ diuinam ſapientiā vt hō redimatur
Ubi primo ponitur allegatio miſcḋie. ſcḋo oppoſi-
tio iuſticie. tertio determinatio ſapientie.

¶ Capitulum. I.

Secundū myſteri-
um dicitur determīatio hōis. Grādis nēꝑ
pe queſtio orta eſt inter dei miſericor-
diam et iuſticiam ac veritatem de homis libera-
tione: que quidem ꝑ filium dei. ſ. ſapientiam hoc
modo determinata eſt. Et hanc imaginationem
ponit beatus Bern. ſuꝑ Miſſus eſt. ¶ Circa hec
aūt tria contemplemur. Primo miſcḋie allega-
tionem et probationem. Nam miſericordia dice-
bat. Pium eſt homini miſero per ſe ſurgere non
valenti miſereri. Et hoc probat pluribꝰ modis et
rationibus.

¶ Primo ex lege diuina.
Secundo ex lege canonica.
¶ Tertio ex lege p̄bica.
Quarto ex lege ciuilica.

Prima rō accipitur ex lege diuīa: q̄m ſcp̄tum eſt ꝑ
ꝓphām. Miſcḋia dñi ab eterno vſqꝫ in eternum
ſuꝑ timētes eū. Et iteꝝ. Nunq̄d obliuiſcetur miſe-
reri deus: aut cōtinebit in ira ſua miſcḋiam ſuā:
igitur ⁊c̄. Et cōfirmabat ſic. Indecēs eſt ⁊ oīno illi-
citū deuꝫ ſumme miſericordē (ſicut oīs lex diuia
et ꝓphete clamant) ſummā miſcḋiam nō oſtende-
re. Suauis eñ dñs vniuerſis: ⁊ miſeratiōes eiꝰ
ſuꝑ oīa oꝑa eius. ergo inq̄t. Tu deus hoc ſuꝑ oīa
miſericordiſſimū opus facere debes: teipm pro
redemptione hoīs exhibendo. ¶ Scḋo ꝓbabat
rōne ſupra ex lege canonica. q̄r q̄ḋ ſemel placuit
amplius diſplicere non pōt. extra de reg. iu. li. vj.
Deo aūt placuit hoīem creaſſe ad hunc finē. ſ. ad
btitudinē. ergo reduci debet ⁊ repari ad eandem
miſericorditer poſt lapſum. Itē odia ſunt reſtri-
genda: fauores ampliandi: vt dicitur ibidem. ſ.
de regu. iuris. li. vj. et de peni. diſt. j. Pene. Odioſ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſum aũt fuit pctm̃ Ade τ meruit penam: ideo cõ
gruũ eſt o dñe deus vt ſm tuã miſcðiam ampli
es ei feruorẽ clementie τ miſeratõis tue: indulgẽ
do eius pctõ. ¶ Tertio ꝓbat rõne ſumpta ex lege
phica. q2 vnicuiqꝫ rei cõueniẽs eſt illud qð cõpe-
tit ſibi ſm ſuã ꝓprietatẽ naturalẽ: vt dicit Ariſt. et
Porphiri9 li. de vli. Propriũ inqt eſt qð vni ſo
li τ ſemꝑ cõuenit: vt homi ridere vel rõcinari τc̃.
Sed deo ꝓpriũ eſt miſereri: vt canit eccl'ia. Deus
cuius ꝓpriũ eſt miſereri. g̃ τc̃. Et hoc cõfirmat̃ ꝑ
exempla naturalia. q2 pietas τ miſericordia ꝓpa
eſt nobilib9 τ magnanimis animalib9. Nobilis
eñ ira leonis parcere ꝓſtratis. Sed τ vrſus ani
mal iracundiſſimũ τ aper ferociſſim9 parcere no
runt ꝓſtratis. idcirco conueniens eſt vt de9 miſe-
reat̃ homini ꝓſtrato ꝑ pnĩe humilitatẽ. ¶ Quar-
to ex lege ciuilica. q2 dolus alicuius nõ debet ſi-
bi patrocinari vt exinde pmiũ vl' lucrũ aſſequat̃.
ff. de dolo ma. l. ne ex dolo ſuo lucret̃. Nec debet
qs cõſeq emolimentũ de mendacio ſuo. vt. ff. de
natalib9 reſtituendis. l. j. Sed q2 ſerpens fraude
Adã τ Euã decepit vt in ſeruitutẽ et captiuitatẽ
eos redigeret: ideo maleficia ſerpẽtis lucrũ τ emo
limentũ habere non debent: vinculis ſuis ſp̃ ho
mines detinendo. Item deceptis τ non decipiẽ-
tibus iura ſubueniũt. ff. ad velleianũ. l. ij. Verba
Et. ff. de in integrũ reſtit̃. §. finali. Debet g̃ ius di
uinũ ſubuenire decepto homi τc̃.

¶ Capitulum. II.

Secundo circa hanc q̃ſtionis deciſionem
cõtemplemur veritatis τ iuſticie opinio-
nẽ. Cũ eñ talib9 rõnib9 miſericordia icli-
naret deũ patrẽ ad miſerandũ τ redimendũ ho-
minẽ: Vitas obſtabat di. O miſcðia q̃d tu loq̃ris:
nunq̃d vis me ꝑire: tu eñ dñe deus cum ſis de
us et nõ mentiaris. Nam ſcp̃tum eſt. Veritas dñi
manet i eternũ: ꝑ Pſ. Sed tu dixiſti hoi. Qua-
cunqꝫ hora comederitis: morte moriemi Geñ. ij.
ergo oportet ꝙ iſta ſnĩa tua ſtet fixa in veritate: τ
ſic hõ in morte maneat. Ad hec Miſericordia re
ſpondens ait. Nõne vbi ſcriptũ eſt: Veritas dñi
manet in eternũ: imediate p̃miſſum eſt. Qm̃ con
firmata eſt ſuꝑ nos miſcðia tua. Facienda eſt g̃
hec miſcðia homi vt liberet̃ ꝓpter me: ne forte ipe
deus videat̃ eſſe imiſericors. ſed τ tu veritas de-
bes mihi cõſentire in hoc. Ne aũt obſtet veritas
illius ſententie quam allegaſti. ſ. Quacunqꝫ ho-
ra comederitis: morte moriemini. fiat hoc modo:
vt hõ et moriat̃ τ q̃dãmodo nõ moriat̃ ꝓpter me
Moriat̃ q̃dem corꝑaliter: cuius q̃dẽ mortis ne-
ceſſitatẽ incurrit ꝑ illam ſnĩam. ſed nõ moriatur
morte eterna. In hoc eñ mihi conſentire debes:
qm̃ ſcriptũ eſt. Nunq̃d in eternũ ꝓijciet de9 aut i
finem miſericordiã ſuã abſcidet a generatione in
generationẽ τc̃. Ait veritas. Vere tibi nõ cõſenti-
re aſperum eſt τ crudele iudico: qm̃ ſcp̃tum eſt. j.
Cor. xiiij. Nõ eſt diſſenſionis deus ſed pacis. Vi-
deat g̃ miſereri homi hoc mõ q̃ nõ derogat̃ veri-
tati. ¶ Juſticia hoc videns veritatẽ conſenſiſſe: ait
ad eas. Quid facitis o miſericordia τ veritas: nũ-
quid deus ſubuertit iudiciũ: Job. xxxiiij. Scri-
ptum eſt eñ: Juſtus dñs τ iuſticiam dilexit: eq̃-
tatem vidit vultus eius Pſ. Nõ ergo ꝑmittam
ſic homini miſereri vt excludar. Juſticia q̃ppe re-
q̃rit vt ſicut ſcriptũ eſt Eſa. xxvj. Tollat̃ impi9 et
pctõr ne videat gl'iam dei τc̃. Miſericordia ait.
O iuſticia nõ ſis mihi cõtraria. ſed fiat homi mi-
ſericordia ſaltem ꝓpter me: ſi nõ ꝓpter Adã. q2 et
ſcp̃tum eſt ꝑ Pſ. Miſeratões dñi ſuꝑ oia opa
eius. g̃ et ſuꝑ iuſticiam. vñ et tu mihi debes con-
ſentire vt hõ miſericordiam conſequat̃. Juſticia
ait. Non poſſum aliter cõſentire niſi τ mihi ſatiſ-
fiat: nec decet vt deus tm̃ agat ſm miſcðiam: ſed
et ſm iuſticiã. Fiat g̃ mihi ſatiſfactio de pctõ ho-
minis vſqꝫ ad nouiſſimũ q̃drantẽ: dicente ſcp̃tu
ra. Amẽ q̃ppe dico vobis: non exibit inde hõ niſi
reddat nouiſſimũ quadrãtẽ Matth. v. Hoc fa-
cto tibi bñ ꝯſentire poſſum vt homo liberet̃: al's
ego peribo. Et vt Anſ. li. j. Cur deus hõ. ca. xij. dc
Liberior inqt eſſꝫ iniuſticia ſi ſola miſcðia dimit
teret̃. Dimittere q̃ppe peccatũ ſine ſatiſfactõe: non
eſt aliud q̃ꝫ non punire. Si aũt pctm̃ nõ punit̃:
inordinatũ aliq̃d dimittit̃: quod nõ decet regnũ
dei. ergo τc̃.

¶ Capitulum. III.

Tertio contemplemur circa hoc diuine ſa
pientie diffinitionẽ ſiue cõcluſionẽ. Nam
tot cõtrarietatib9 motis: deus pater dedit
oẽ iudiciuꝫ facere filio: ſicut ſcp̃tum eſt Job. v. et
mandauit iſtud decernere. Filius aũt qui τ ſapi-
entia dei patris eſt: ſm apl'm. j. Cor. j. auditis al-
legationib9 vtriuſqꝫ partis: dixit. Juſticia dr: ꝑeũ
ſi Adam non maneat in morte. Alia aũt dr: ꝑeũ
ſi Adam miſericordiam non conſequat̃. Hec eſt
ergo diffinitiua ſententia ſuper hoc. Fiat pena et
mors bona Ade: et habebit vtraqꝫ quod petit.
Obſtupuerunt omnes τ dixerunt. Quomõ fiet
iſtud: cum pena ſit amara et mors peccatorum
peſſima: teſte ſcriptura. quomõ ergo erit bona:
Judex ait. Queratur ex filijs Ade aliquis qui oi-
no ſit iuſtus τ abſqꝫ omni pctõ etiam originali
qui non ſit dignus mori: et iſte moriat̃ ex chari-
tate τ puniat̃ ꝓ humano genere. cum nõ ſit debi
tor mortis τ pene: ſatiſfit iuſticie: et homi miſcðia
impendet̃. Cucurrit g̃ veritas τ circuiuit orbem
terre τ queſiuit ſi inueniat talem innocentẽ: et ne-
mo eſt inuentus mũdus a ſorde: nec infans cu-
ius eſt vnius diei vita ſuper terram: teſte ſcriptu
ra. Tunc cum rediret: miſericordia τ veritas ob-
uiauerunt ſibi. ſ. mutuo. Et q̃ſiuit miſericordia
ſi inueniſſet iuſtum. Illa reſpondit. Omnes de-
clinauerunt ſimul inutiles facti: non eſt qui faci-
at bonum: non eſt vſqꝫ ad vnũ: teſte Pſ. Tunc
et iuſticia ait. Etſi inueniret̃ talis iuſtus ſed pur9
homo: quomõ eius morte vl' pena ſatiſfieret ſm
dei iuſticiaꝫ de pctõ hoĩs: cum pctm̃ hominis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſit infinite grauitatiſ. Tum q2 cõtra bonitatẽ infi‑nitã. Tũ q2 hoiem infinito bono ꝑuauit. Tũ q2 q2 infinita idiuidua hũani generiſ in potẽtia cor‑rupit: ſicut patuit ꝑte ꝑma huius li. ar. ij. ca. ij. in medio. His aũt hõ pur⁹ finiti eſt meriti. igit̃ ⁊c.
Tunc ait diuĩa charitas. Quicqd in hac re cõtẽ‑datis: hoc eſt iudiciũ vt deus fiat hõ iuſtiſſim⁹ ⁊ abſq3 pctõ: et ex charitate ſatiſfaciat ſm merã iu‑ſticiã ſua pena ⁊ morte ꝓ hoie. Sicq3 miſericor‑die ⁊ iuſticie ſatiſfit ⁊ cum hoc charitas dei ĩfini‑ta manifeſtabit̃: cum ſic de⁹ hominẽ dilexerit ⁊ la‑uerit eum a pctĩs ſuis in ſanguie ſuo. Sup hac ſententia pacata eſt iuſticia ⁊ oſculum pacis de‑dit miſcdie ⁊ charitati: et tunc iuſticia ⁊ pax oſcu‑late ſunt. Tunc deus pater ait. Oĩa in ſapientia fecimus: mundũ creando. ſic oĩa in ſapiẽtia .i. in filio faciem⁹: mũdũ reparando. Ait fili⁹. Ecce ego: vt fiat iſta miſcdia: charitas: iuſticia: ⁊ veritas in ꝓmiſſione. In capite qppe libri ſcriptuz eſt de me vt facerẽ voluntatẽ tuã. Et ſic determinatũ eſt vt filius dei ſit homo: ꝑ incarnationem quoq3 ei⁹ ⁊ paſſionẽ liberet̃ homo. O igit̃ anima fidelis. O chriſti ſanguie redempta: vide quanta charitate deus te amauit: vide quanta eius miſcdia erga te extitit: quãta bonitas: vt ipſe ꝓ te peccatore vo‑luerit in ſeipõ ſatiſfacere: et cum reſurgere ñ poſ‑ſes ipſe pro te ſubleuãdo ſeipm ſubiecerit. Exina‑niuit ꝓ te ſemetipm ⁊ formã ſerui accepit: q̃ pctã tua ipſe ꝑtulit in corꝑe ſuo: vt peccatiſ mortua iu‑ſticie viuas. O gratioſiſſima diuine ſapientie dif‑finitio: vt deus ſit homo cuius paſſione redima‑tur homo. O felix culpa (inquit Greg.) que talez meruit habere redemptorẽ. O benigniſſime de⁹ tibi quid ꝓ his referam⁹ laudis ⁊ gratiarũ actio‑nis: ſi milleſies nos ꝓ te impenderem⁹: minimũ eſſet ad id quod tibi ex eq̃ debem⁹ ꝓ tãpio dono et bñficio immenſo.

Articulus tertius qualis conditionis debuit eligi ⁊ eſſe mater dei ⁊ dñi Jeſu chri.

# Tertium myſteriũ

dr maternalis electionis. Circa quod pro cõtinuatiõe hiſtorie p̃cedentiſ poſ‑ſumus contemplari ꝙ poſtq3 patrib3 ſanctiſ ĩno‑tuit ꝙ dei filius de ſua matre p̃electiſſima incar‑nari deberet: conſilio inito dixerunt ad inuicez il‑lud .ij. Reg. j. Queramus inq̃t nũc adoleſcentu‑lam virginẽ ſpecioſam que ſtet coram rege ⁊ ſer‑uiat ei ⁊c. Talẽ inquã que digno ſuſcipiat hoſpi‑tio deum noſtrũ: nec in ea ĩueniat̃ quod oculos ſue maieſtatis offendat: ne forte ĩducat ſup nos maledictionẽ ꝓ bñdictione Gen. xxvij. Tunc in‑ter eos Job dixit qd ſcriptum eſt ca. xj. Forſitan veſtigia dei cõprehẽdemus et vſq3 ad ꝑfectũ oĩ‑potentẽ repiem⁹. excelſior celo eſt ⁊ vñ cognoſce‑mus. q. d. Non poſſum⁹ nos iſtud ꝑ oĩa ꝑfecte ſare quot ⁊ quantis ꝑfectionib3 dei mater debe‑at fulgere: ſed hec ad ſapiẽtiam dei ꝑtinent decla‑rare. Exurgẽns quoq3 Jeſus filius Sirach q̃ ⁊ Eccleſiaſticus appellat̃: dixit qd ſcriptum eſt ca. j. Omnis ſapia a dño deo eſt. arenã maris ⁊ plu‑uie guttas ⁊ dies ſeculi q̃s dinumerauit: ſapien‑tiam dei p̃cedentẽ oĩa quis inueſtigauit: radix ſa‑pientie cui reuelata eſt: et aſtutias eius q̃s agno‑uit: Unus eſt altiſſimus creator oĩm: oĩpotẽs et dñs deus: ipſe creauit illam .ſ. virginẽ matrẽ ſuã id eſt creandã preuidit ab eterno ⁊ mltiſ ꝑfectiõi‑bus decorandã. ſequit̃. Ipſe ſolus vidit ⁊ dinu‑merauit ⁊ menſus eſt ⁊ exaltauit eã ſup oĩa opa ſua ⁊ ſup oẽm carnẽ ſm datũ ſuũ. Hec ibi. Dixe‑runt itaq3. Mittamus g̃ ad dei ſapientiã legatũ vt doceat nos q̃lis conditionis eſſe debeat ⁊ q̃n‑tis fulgere debeat ornatib3 perfectionũ ipſa q̃ di‑gna eſt eligi in matrẽ dei. Miſerunt igit̃ Dauid: q̃ veniens ait ad diuinã ſapientiã. Dñe ad te con‑fugi: doce me facere voluntatẽ tuã quia de⁹ me‑us es tu. ſpũs quippe tuus deducet me in terraz rectã: ꝑpter nomen tuũ dñe viuificabis me in eq‑tate tua. Scio eñi q2 btũs quẽ tu erudieriſ dñe et de lege tua docueris eum ⁊c. Doce g̃ me tuã vo‑luntatem de matris eligende conditione. Reſpõ‑dens quoq3 diuina ſapientia ait illud Deut. vj. Obſerua ⁊ audi que ego loquor tibi hodie. Ipſa q̃ppe ṽgo q̃ deũ debuit cõcipere debuit eſſe femina amicta ſole charitatis: ⁊ luna mũdane inſtabili‑tatis ſub pedibus eius ꝑ cõtemptũ oĩm terreno‑rũ: et in capite eius corona .xij. ſtellaꝝ. q2 .xij. con‑ditionib3 nobilitatis debuit fulgere ⁊ gloriari: q̃ ſequũtur in tribus quaternarijs diſtincta. Pri‑mus q̃ternari⁹ accipit̃ ex ꝑte corꝑis. Secundus ex ꝑte aĩe. Terti⁹ ex ꝑte vtriuſq3. Nam ex parte corꝑis debuit eſſe

- Primo formoſiſſima.
- Secundo nobiliſſima.
- Tertio de Dauid ſtirpe regia.
- Quarto nomine Maria.

Secundo ex parte anime debuit eſſe

- Primo a peccato puriſſima.
- Secundo virtutib3 adornatiſſima.
- Tertio ſanctitate excellentiſſima.
- Quarto dono dei ꝑfectiſſima.

Tertio ex ꝑte vtriuſq3 debuit eſſe

- Primo virgo caſtiſſima.
- Secundo voto Joſeph conſecrata.
- Tertio viro deſponſata.
- Quarto in Nazareth cõmorata.

## Capitulum. I.

Prima itaq3 ſtella q̃ gloriat̃ btã virgo di‑cit̃ formoſitas. Ipſa eñi debuit eſſe ⁊ fu‑it virgo pulcerrima corpore et aĩa: iuxta illd Cañ. iiij. Tota pulcra es amica mea ⁊c. Circa quod q̃rit̃ Utrũ congruũ erat dei matrez eſſe pulcerrimã pulcritudie corporali. Arguit̃ ꝙ nõ. quia in matre chriſti nil debuit eſſe de vanitate. ſed fallax gratia ⁊ vana eſt pulcritudo Prouer.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vlti. ergo ipſa nõ debuit eſſe pulcra. ¶ Preterea pulcritudo in femia eſt occaſio ꝑiculi. Vñ Ecci. ix. Virginẽ ne cõſpicias ne ſcãdalizeris in pulcritudine eius. Et iterũ. Propter ſpeciẽ mulierꝫ multi perierunt. Sed btã ỽgo oĩbꝫ debuit eſſe cauſa ſalutꝫ ⁊ nulli cã ꝑeundi. ḡ non debuit eſſe pulcra corꝑali. ¶ Preterea Deus in incarnatõe maximã debuit oſtendere humilitatẽ: iuxta illud Phil'. ij. Exinaniuit ſemetipm formam ſerui accipiẽs. ſed maior eſt hũilitas carnẽ accipe de deformi q̃ꝫ de pulcra. ḡ mater dei debuit eſſe deformis. ¶ Ad hanc q̃ſtionẽ Reſpondet̃ ꝙ mater dei nõ debuit eſſe deformis ſed pulcerrima: etiã corꝑali pulcritudine. Et hoc pluribꝫ rõnibꝫ q̃s ponit magnꝰ Alb. ſup Miſſus eſt. ca. xlij.

¶ Primo rõne ꝑfigurationis.
¶ Secundo ratione deſignationis.
¶ Tertio rõne aſſimilationis.
¶ Quarto rõne ỽtutꝫ laudabilioris.

Primo inquã rõne ꝑfiguratiõis. Figura enĩ ſiue ſignũ habere debet ſilitudinez cũ ſignato. ſed oẽs mulieres ꝑfigurantes matrẽ chri fuerũt pulcerrime. ſicut claret de Heſter cõiugata: Iudith vidua: Rachel ⁊ Rebecca ỽginibꝫ: teſte ſcͥptura ſacra. ¶ Scḋo rõne deſignatiõis. ſ. interioris pulcritudinis. Nam ꝑ pulcritudinez exteriorẽ ducit̃ intellectus ad interiora. quia nobiliori ⁊ pulcriori aĩe debet̃ nobilius ⁊ pulcriꝰ corpus. Nã materia ⁊ forma debent eſſe ꝓportionata ſꝫm phm ij. li. de aĩa. Vñ ⁊ corpus humanũ nobilius et pulcrius eſt oĩbꝫ corpibꝫ brutoꝝ ꝓpter vnionez ad animã nobiliorẽ vicꝫ rationalẽ. Cum ḡ in beata ỽgine fuerit ꝑfectiſſima pulcritudo aĩe: debuit eſſe ⁊ ꝑfectiſſima poſt chriſtum pulcritudo corꝑis. ¶ Tertio rõne aſſimilatiõis. Nã phs. ij. li. Phyſic. dicit: ꝙ natura eſt vis inſita rebꝫ: ſimilia ex ſimilibus ꝓcreans. Niſi ḡ natura erret vel impediat̃: filius erit ſimilis patri vel matri. Sed qm̃ filius bñdicte ỽginis chrs fuit ⁊ debuit eſſe pulcerrimus: iuxta illḋ Dauid. Speciosus forma ꝑ filijs hoim. Nec poteſt impedimentũ h̃ concurrere: cum naſcat̃ chrs de matre ſine patre ſpũ ſancto oꝑante: cuiꝰ ꝑfectiſſima ſunt oꝑa. ḡ ſicut filius fuit pulcerrimꝰ: ita ⁊ mater. Nõ enĩ põt arbor bona fructꝰ malos facere ⁊ e cõuerſo Mat. vij. ¶ Quarto rõne ỽtutis laudabilioris. Beata enĩ virgo fuit caſtiſſima ⁊ eius caſtitas laudabiliſſima. ſed laudabilior eſt caſtitas in pulcris. Sicut ḡ alie ſancte ỽgines laudant̃ de pulcritudine corꝑabili q̃ñ coniuncta eſt ſpũali: put canit eccl'ia de q̃buſdã di. Pulcra facie ſed pulcrior fide beata es ⁊c̃. Ita btã ỽgo oĩ laude digniſſima mlto magꝭ debuit cõmẽdari de caſtitate in ſumma pulcritudine corꝑali. Qualis aũt pulcritudinis erat patebit infra. li. v. ꝑte. ij. art. ij. ꝑ totum.

¶ Ad argumenta in oppoſitũ. Ad Primũ reſpõdet̃ ſꝫm eundẽ Alber. vbi ſ. ꝙ bene ſola corꝑalis pulcritudo vana eſt. non aũt q̃ñ coniũcta eſt ſpirituali. quia tunc virtus cõmẽdabilior reddit̃: vt patebit. ¶ Ad ſecundũ dicit̃ ſꝫm eundẽ ibidez: ꝙ corporalis pulcritudo in ſuo genere bona eſt: licet mali quãdoqꝫ ex hoc ſcandalizant̃ et occaſionẽ ꝑiculi accipiunt. Scãdalũ aũt maloꝝ vix vel nunq̃ꝫ caueri põt. Nam ⁊ in deo qui ſumme bonus eſt mali ſcandalizant̃: qm̃ demones ⁊ dãnati in dei iuſticia q̃ optima eſt ſcãdalizantur: teſte Ps. Supbia eoꝝ q̃ te oderũt aſcẽdit ſemꝑ: boni aũt ⁊ ſcti edificant̃. Talis ḡ occaſio mali ſiue ſcandali paſſiui nõ eſt viciũ bonã naturã habentis: ſed culpa patientis. ꝓpter hoc ergo nõ debet dimitti qḋ bonũ eſt ⁊ cõgruũ: ſicut nec ꝓpter maloꝝ ſcandalũ dei iuſticia dimittenda eſt. Poteſt etiã ad hoc dici ꝙ pulcritudo btẽ ỽgis nulli occaſio mali vel ſcandali fuit. qꝛ ſꝫm Bonauen. ipſe ſpũſſctũs replẽs ỽginẽ ꝑcauebat ne vnq̃ꝫ ab aliquo ꝯcupiſceret̃: vt latius dicetur in alijs libris.

¶ Ad tertiũ dicit̃ ꝙ non fuit cõgrua talis humiliatio deo q̃ humilitatẽ ⁊ caſtitatẽ matrꝫ minꝰ cõmendabilẽ redderet ⁊ minueret. Nam neqꝫ laudedignũ opinio iudicaret ſi ỽgo deformis hũilis eſſet ⁊ quaſi deſpecta viris virgo permaneret. Hec Alber. vbi ſ. Patet ergo ꝙ beata virgo fuerit pulcra.

## ¶ Capitulum. II.

Secunda ſtella dicit̃ nobilitas. qꝛ btã virgo fuit ⁊ debuit eſſe virgo nobiliſſima. et hoc ſꝫm Alb. vbi ſ. ca. lv. pluribꝫ rõnibꝫ. ¶ Primo rõne exaltatiõis. Ipſa enĩ debuit exaltari ſuꝑ oẽs homines ⁊ angelos. ergo debuit ſuper omnes humilior et ỽtuoſior eſſe. Sed vt dicit Bern. Nobilior ⁊ cõmendabilior eſt hũilitas in nobili q̃ꝫ ĩ ignobili ⁊ abiecto. Vt igit̃ digna ſit ſuꝑ omnes exaltari: debet et debuit nobilitate generis fungi in qua maior ⁊ laudabilior eiꝰ virginitas foret. Nam Augꝰ dicit ꝙ nunq̃ꝫ beata virgo fuiſſet ſuꝑ omnes choros exaltata niſi fuiſſet ſuꝑ omnes homines humiliata. ¶ Scḋo rõne cõformationis. quia enĩ vt dicit̃ Ecci. xiij. omne animal diligit ſibi ſimile. et ſꝫm Phm. ſimile applaudit ſimili. Vnde et reges de ſtirpe regia volunt accipe ſibi ſponſas. et nobiles de nobili. Cũ ergo chriſtus deus ſit infinite nobilitatis: quia a patre nobiliſſimo. ſ. deo eternaliter genitus: genitura digniſſima. igit̃ debuit ⁊ matrẽ conformiter nobilem habere. ¶ Tertia ratio gratificationis. quia vt dicit Hieronymꝰ. ſeruitia ingenua ſunt gratiora. ſed beata virgo debuit ſeruire dei filio. ergo vt magis ſint grata eius ſeruitia: debuit eſſe ingenua et ſpectabilis genere. De hac eius nobilitate latius libro. xj. parte. ij. capit'o. j. arti. j.

## ¶ Capitulum. III.

Tertia ſtella qua gloriatur domina noſtra dicitur Dauid generoſitas. Nã mater dei debuit eſſe de ſtirpe Dauid regis. Quia vt ſcriptura teſtatur: ipſi Dauid facta eſt

pꝛomiſſio de chꝛo: iuxta illud Pſ. Jurauit dñs
Dauid veritatē: et non fruſtrabiť eum: de fructu
ventriſ tui ponā ſup ſedē tuā. Unde et Eſa. xj. ca.
Egrediet virga de radice Jeſſe: q̄ quidē fuit pa/
ter Dauid. et flos de radice eiꝰ aſcēdet ꝛc̄. Proin
de angelus annūcians btē ꝟgini chꝛm̄: dixit de
eo. Dabit illi dñs deus ſedē Dauid patris eius.
ſm Nico. de Lyra. intelligēdo de tꝑali ſede vł re/
gno Dauid. chꝛs non ſedit ſup ſedē Dauid: imo
iſtud negauit corā Pilato Joh. xviij. di. Regnū
meū nō eſt de hoc mūdo. Loquiť ergo ħ angelꝰ
de regno ſpūali ꝛ celeſti: qꝺ figuratum fuit ꝑ re/
gnū tꝑale Dauid. ſicut ꝛ celeſtiſ Hieruſalē ꝑ tem/
poꝛalem ꝛc̄. Claret ğ ꝙ btā virgo fuerit de Da/
uid ſtirpe regia ꝛ a deo electa.

## Capitulum. IIII.

Quarta ſtella dr̄ noīs dignitas. Nam ma
ter dei debuit noīari hoc nomīe digniſſi/
mo Maria. qꝛ cōgruentiꝰ ꝑ hoc nomen
exꝓmiť eius virginalis ꝛ digniſſima cōceptio q̄ꝫ
ꝑ q̄dcūqꝫ aliud nomē. Un̄ Bern̄. ſup Miſſus
eſt: dicit. Loq̄mur pauca de hoc nomīe Maria
qꝺ interꝓtať ſtella maris: qꝺ matri ꝟgini valde
congruenter adaptať. Jpſa nanqꝫ aptiſſime ſide
ri cōpaꝛať. qꝛ ſicut ſine ſui coꝛruptione ſidus emit/
tit radiū: ſic ſine ſui leſione virgo parturiuit filiū
Nec ſideri radiꝰ minuit ſuā claritatē: nec ꝟgini fi
lius ſuam integritatem. Jpſa nanqꝫ eſt ſtella no
biliſſima ex Jacob oꝛta: cuius radius vniuerſū
oꝛbem illuminat: cuius ſplēdoꝛ etiā p̄efulget in
ſuꝑnis ꝛ inferos penetrat. Hec Bern̄. Merito
igiť a ſtella nomen accipe debuit mater dei. qꝛ ſic
erat ꝓphetatū Nūe. xxiiij. Oꝛieť ſtella ex Jacob. et
qꝛ magis eius virginali cōceptioni congruit. De
hoc ħ ꝑtranſeo breuiter. qꝛ latius li. vj. tractatu/
rus ſum de eo.

## Capitulum. V.

Quinta ſtella in oꝛdine et Prima ſecundi
q̄ternarij dr̄ puritas. Nam ipſa bn̄dicta
ꝟgo q̄ dei mŕ erat eligēda: debuit eſſe vir
go puriſſima ab oī pcc̄ō īmaculata: ſicut hoc p̄di/
ctū eſt Can̄. iiij. Tota pulcra es ꝛ macula. ſ. pcc̄i
nō eſt in te. Ratio. qꝛ non decebat dei matrē eſſe
alicuius peccati cōtagione maculatā. Nō em̄ ha
bitat deus in aīa vel coꝛꝑe ſubdito pcc̄is Sap.
j. Hinc Anſ. de cōceptu ꝟgi. ca. xviij. Decebat vt
conceptio illiꝰ hoīs ex matre fieret puriſſima tan
ta puritate q̄ ſub deo neq̄t maioꝛ intelligi: cui de
us pater ſuū vnigenitū quē de coꝛde ſuo genuit
equalē ſibi ita dare diſpoſuerat. vt eſſet vnꝰ ꝛ idē
dei filius ꝛ ꝟginis filius: et quā ipſe filiꝰ ſpecialr̄
ſibi matrē eligebat: ꝛ de q̄ ſpūſſctūs operaturus
erat vt ex ipſa conciꝑeť ꝛ naſcereť ille de q̄ ꝓcede/
bat. Hec Anſ.

## Capitulum. VI.

Sexta ſtella q̄ gloꝛiať dei mater dr̄ ꝟtuoſi
tas. Debuit em̄ mater dei eligi talis ꝟgo
que foret ꝟtutib9 adoꝛnatiſſima: qm̄ de
ipſa ſcꝑtuꝫ eſt Eccī. xxiiij. Jn me oīs gr̄a vie ꝛ ve
ritatis: in me oīs ſpes vite ꝛ ꝟtutis. Ratio. quia
Bern̄. dt̄. Quātūlibet te affliges: q̄ntūlibet te cru
cies: nō dabit tibi copiā ſui dñs ꝟtutū: niſi fueriſ
virtutib9 adoꝛnatus. Cum ğ deꝰ nulli niſi virtu
oſo copiā ſui tribuat: ſequiť ꝙ btā virgo dei ma
ter cui ſe deus in filiū tribuendū diſpoſuerat eſſet
virtutib9 decoꝛatiſſima. Proinde ꝛ ſm Aug. ac
Bern̄. btā virgo ꝑus in aīa q̄ꝫ in coꝛꝑe o vtero
cōcepit ſaluatoꝛē ꝑ fidem: ſpem: ꝛ charitatē. Que
virtutes ſi in ipſa nō fuiſſent: deus in eius vterū
non veniſſet. Debuit etiā ſuꝑ omnes eſſe humil/
lima. quia deum amiſit pꝛima femia Eua ꝑ ſu/
perbiam. ergo ipſa īuenire debuit toti generi hu/
mano ꝑ hūilitatē. Et idcirco ipſa teſte ī ſuo canti.
Reſpexit dñs humilitatē ancille ſue Lu. j. De eiꝰ
virtutibus quibus floꝛuit dicetur li. vij. ꝑte. ij. ar
ti. iij. per totum.

## Capitulum. VII.

Septima ſtella dr̄ ſanctitas. Nam debuit
eſſe ſcitate excellētiſſima que deū gigne/
ret: vtpote q̄ ſuꝑ oēs ſctōs ꝛ choꝛos erat
exaltāda. Maioꝛē ğ gr̄aꝫ ſctificatiōis etiā in vte/
ro ſue matris debuit habere dei mater: q̄ꝫ q̄cūqꝫ
ſanctus. qm̄ vt dicit Damaſce. ipſa a nullo illu/
ſtriū debuit ſuꝑari que p̄ oībus debuit exaltari.
Et hoc etiam oſtendi poteſt ex ſcꝑture ſerie. Pſ.
Sanctificauit tabernaculū ſuū altiſſimꝰ. Et ite/
rū. Elegit eam deꝰ ꝛ p̄elegit eā. ğ p̄e alijs ſanctifi
cauit. Scd̄o ex fide. qꝛ qꝺ alijs eſt conceſſum: tā/
te virgini nō eſt negatū. ſed ſm fidē Johānes et
Hieremias ſunt in vtero ſctificati. ğ multo ma/
gis beata ꝟgo dei mater debuit ſanctificari. Nā
ſm Ariſt. ij. Topic̄. Si ei cui minus videť ineſſe
ineſt: ꝛ ei cui magis. Si em̄ ſerui chꝛi p̄dicti ſunt
ſctificati: multo magiſ eius mater p̄cellentius eſt
ſctificata. Un̄ Bern̄. ī ep̄la ad canon̄. Lugdun̄.
dicit. Puto ꝙ copioſioꝛ gr̄a ſctificatōis in ipam
deſcēdit que nō ſolū ipſius oꝛtum ſctificauit ſed
etiam eam ab omni pcc̄ō inmunē cuſtodiuit. Hec
ille. De hac ſanctificatione latiꝰ li. v. parte. j. arť. ij.
per totum.

## Capitulum. VIII.

Octaua ſtella diciť ꝑfectiōis ſublimitas.
Debuit em̄ talis eligi in dei matrem q̄ fo/
ret dei dono ꝑfectiſſima ꝛ oī gratia plena
vt de eius plenitudine accipiāt vniuerſi: q̄nnꝰ di/
cere valeat illud Eccī. xxiiij. Jn me oīs gratia vie
et veritatiſ: in me om̄is ſpes vite ꝛ virtutiſ. Trāſi/
te ad me oēs q̄ cōcupiſcitis me: et a generatiōib9
meis adimplemini. Decreuit ğ diuina ſapientia
vt ea que eligereť in matrē inq̄ꝫtuꝫ talis eſſet tā ꝑ/
fecta ꝙ perfectioꝛ eſſe nō poſſit. Circa hoc q̄ri/
tur Utrum deus potuerit ipſam facere ꝑfectio/
rem vel melioꝛem q̄ꝫ fecit. Reſpondeť ſm Tho.
j. ſcripto ſniaꝝ. di. xxij. ar. ij. Et iterum. j. pte ſum/
me. q. xxvij. arť. vj. Concoꝛ. Alexan. de Ales ꝙ ꝑ/
fectum eſt cui nil addi poteſt de bonitate. et bea/

ta virgo inq̃tum dei mater eſt talis. Licet em̃ de/
us oẽm creaturã in pfectiõe accidentali poſſit in
infinitũ facere meliorẽ: in pfectiõe tñ̃ eſſentiali nõ
poteſt facere meliorem. Verbi grã. Nõ põt facere
q̃ternariũ maiorẽ. q2 ſi fieret maior: iam nõ eſſet
q̃ternarius ſed alius numerus. q2 vnitas addi/
ta in numerꝭ variat ſpeciem: ſm Ariſto. Sic a ſi/
mili: licet deus potuerit btãm v̓ginem vt dei cre/
aturam vel vt mulierẽ facere meliorẽ in pfectiõe
accidentali: tñ̃ nõ potuit facere vt eſſet melior ma
ter z melioris filij mater z ordinata ad maiꝰ bo/
num. Ita q̓ his tribꝰ non poteſt aliq̃d fieri meliꝰ
ſcʒ hũanitate chr̃i: beatitudiue creata: et btã virgi
ne. Quod patet. quia hec tria habent quandam
dignitatem infinitã ex bono infinito quod deus
eſt. Nam humanitas chriſti habet dignitatẽ infi
nitam ex hoc q̓ iuncta eſt diuinitati que eſt infi/
nitum bonum. et beatitudo creata habet digni/
tatẽ infinitam ex hoc q̓ eſt dei fruitio. et beata vir
go ex hoc q̓ eſt mater dei. et ex hac pte non poteſt
eis aliq̃d melius fieri: ſicut nõ põt aliq̃d melius
eſſe deo. Hec Tho.

Capitulum. IX.

Nona ſtella in ordine z p̓ma tertij quater/
narij dicit̃ v̓ginitas. Naʒ dei genitrix de/
buit eſſe virgo caſtiſſima corpe z anima.
quod patet. Primo ex autoritate Eſa. vij. ca. Ec
ce virgo cõcipiet z pariet filium z vocabitur no/
men eius emanuel. i. nobiſcum deus. Secũdo
patet ex rationibꝰ pluribꝰ. Primo q̃dem: q2 nõ
fuit ↄueniẽs vt dei filius haberet aliũ patrem q̃ʒ
deũ: ne dei patris dignitas ad patrẽ aliũ trãſfer/
ret. Secdo vt ſicut verbum eterni patrꝭ qd̓ eſt fi/
lius dei naſcit̃ ab eo ſine oĩ corruptione ſic̃ z ver
bum in noſtro corde abſq3 cordis corruptiõe cõ
cipit̃ z pducit̃: Ita ad oſtendendũ puritatem fi/
lij dei naſcẽtis: debuit a matre virgine abſq3 mẽ/
tis z carnis corruptione concipi z naſci in carne
aſſumpta a verbo. Tertio quia non decebat vt
chriſtꝰ qui venerat aliorꝶ pctã tollere Joh. j. Ecce
agnus dei: ecce qui tollit pctã mundi: ipſe cũ cul
pa veniret in mundũ: dum p concubitũ z corru
ptionem naſceret̃. Quarto ꝓpter finem incarna
tionis. Nã chr̃s ideo incarnatus eſt vt homines
in filios dei naſcerent̃. renaſcunt̃ aũt filij dei: nõ
ex voluntate carnis: neq3 ex voluntate viri. ſed ex
deo. i. dei virtute. Cuius rei ſignum apparere de/
buit in ipſa conceptione chriſti ex matre virgine:
vt Augꝰ dicit li. de ſancta virginitate. Hec beatꝰ
Thomas. iij. pte ſumme. q. xxviij. ar. j. De his la
tius li. viij. par. j. p totum. Tertio patet hoc ex
figurarꝶ ſiĩtudinibꝰ. Nam v̓ginitas matris dei
p̃figurata eſt in rubo ardenti qui non combure/
bat̃ Exodi. iij. Item Ezechiel. xliiij. in porta tem/
pli que clauſa phibet̃ z non apiet̃ qm̃ dominꝰ
egredit̃ p eam. Et in multꝭ alijs: de quibus cau/
ſa breuitatis hic ptranſeo: libro quo ſupra latiꝰ
dicturus.

Capitulum. X.

Decima ſtella qua gloriat̃ dei genitrix dici
tur voti religioſitas. Naʒ ea debuit eligi
in dei matrẽ que nõ ſolũ eſſet v̓go abſo/
lute ſed z v̓go voto cõſecrata. Qd̓ oñdit̃. Prio
ex autoritate bti. ſ. Auguſtini li. de ſctã v̓ginitate:
vbi ſic dicit. Annunciante angelo Maria reſpõ/
dit. Quomõ fiet iſtud: qm̃ virum non cognoſco
Quod pfecto nõ diceret niſi ſe virginem ante vo
uiſſet. Secundo oñdit̃ ratõe. quia virginitas
in matre dei p̃cellenter pollere debuit: ſed magis
eſt laudabilis virginitas ſancta vl̓ conſeruata ex
voto. ſicut et cetera pfectionis opera magis ſunt
laudabilia ex voto. ꝓpter qd̓ Pſ. hortat̃ ad vo/
tum di. Vouete z reddite dño deo veſtro om̃es
qui in circũitu eius offertꝭ munera. ergo dei ma/
ter debuit ex voto offerre deo ſuam virginitateʒ.
Sed di. Quomodo beata v̓go votum v̓ginita/
tis emittere auſa eſt: cum hoc in lege veteri phibi
tum erat. Unde Exo. xxiij. Non erit infecũda nec
ſterilis in terra tua. Reſpondet̃ q̓ btã virgo ha/
buit virginitatẽ tribus modis. Primo in deſi/
derio. Nam anteq̃ʒ incarnatio filij dei ab angelo
ſibi annũciaret̃: virginitatẽ ſimpl̓r z abſolute nõ
vouit: eo q̓ nõ licebat. Ratio. quia tpe legꝭ opor/
tebat generationi inſiſtere tam viros q̃ʒ mľieres
eo q̓ ex illo populo chr̃s expectabatur ſm carnis
originem naſciturus. Habuit tñ̃ beata v̓go tũc
temporis v̓ginitatem in deſiderio z eam ſub cõ/
ditione vouit. ſ. ſi deo placeret: voluntatem ſuã z
deſiderium diuio committẽs arbitrio. Secũ/
do beata virgo habuit virginitatem in facto. q̃a
poſtq̃ʒ ſibi innotuit hoc deo fore acceptum. ſ. vt
v̓ginitatem voueret: anteq̃ʒ ab angelo ſibi denũ
ciaretur et anteq̃ʒ a Joſeph deſponſaretur: ab/
ſolute virginitatem vouit. Tertio ex commu/
ni beneplacito. Nam poſtq̃ʒ fuit deſponſata: ipſa
ſimul cum ſponſo ſuo ex cõmuni volũtate z be/
neplacito ac conſenſu virginitatis votum emiſit
Hec beatus Thomas. iij. par. ſumme. q. xxviij.
arti. iiij.

Capitulum. XI.

Undecima ſtella qua gloriat̃ dei genitrix:
dicit̃ ſponſi pbitas. Debuit q̃ppe talis in
dei matrẽ virgo eligi que eſſʒ deſponſata
viro pbiſſimo et caſtiſſimo nomine Joſeph. Et
hoc oſtenditur ſm Albertum vbi ſ. ca. l. rationi/
bus pluribus.

Primo rõne p̃figurationis.
Secundo rõne interp̃tationis.
Tertio rõne teſtificationis.

Primo rõne p̃figuratiõis. Nam nõ cõgruebat
vt ſponſus beate virginis prefiguraretur per ali
quem q̃ extiterit maritus p carnalem copulam:
cum ipſe ſine carnali copula ſanctum coniugiuʒ
cum virgine contraxerit: virgo coniugem v̓ginẽ
cuſtodiuit: z miniſtrauit filio z matri paterno af
fecto ſincero. Unde licet Heſter figurauit beatã

virginē: non tñ decuit vt eius ſponſus p̄figuraret p Aſuerum: vt ſic ſpōſus dñe noſtre Aſuer⁹ debuerit nomiari. q2 inter Aſuerū ꝛ Heſter carnalis copula fuit. Similiter eadem ratione licet Sara gignēs filiū preter naturā in monte imolandū teneat figuram dñe noſtre que genuit filium cōtra naturā in cruce imolandū: Non decuit tamē vt eius ſponſus Abraam nomiet. q2 inter Abraam ꝛ Saram carnalis copula interuenit. et eodē modo de Rebecca ꝛ Iſaac ac alijs ſilib. Sed decebat vt iſtud cōiugiū ꝛ ipſe ſponſus beate ỽginis p̄figuraret p Ioſeph in ſui fidelitate et caſtitate erga vxorē dñi ſui ac myſterioꝝ reuelatione: pcurationis cōmiſſiōe: cibi cōſeruatōe: et terre ſaluatione. Vñ Bern. ſup Miſſus eſt: dr ſic. Quis ꝛ qualis fuerit iſte ſpōſus Ioſeph: memēto ſimul ꝛ illius magni patriarche vēditi in Egyptū: et ſcito ipm iſtud vocabulum nō ſolum ſortitum fuiſſe: ſed ꝛ caſtimoniā adeptū: innocentiā et grām cōſecutū. Siqdem ille Ioſeph vēdit⁹ in Egyptum dño ſuo fidem ſeruās: dñe ſue noluit cōmiſceri. Iſte herodianā inuidiā fugiēs: in Egyptū chrm portās: dñam ſuā dñi ſui matrē virginem ꝛ ipſe continens fideliter cuſtodiuit. Illi data eſt intelligentia myſterij ſomnioꝝ. Iſti datum eſt participē eſſe celeſtiū ſacramētoꝝ. Ille frumēta ſeruauit non ſibi ſoli ſed ꝛ omni populo. Iſte panē viuū de celo ſeruādū accepit ſibi ꝛ toti mūdo. Nō ē dubium qn fidelis ꝛ bonus hō fuerit iſte Ioſeph cui mater dñi ſaluatoris deſponſata extitit. Hec ille. ¶ Scdo rōne interp̄tatiōis ſiue ſignificatiōis nōis. q2 Ioſeph interp̄tat augmētum vel incrementū: qđ optime ipſi cōgruit ſpōſo Marie. q2 p hanc deſpōſationē q̄ztum ad ſe: q̄ztum ad primū: ꝛ q̄ztum ad deum q̄zplurimū ſublimat⁹ fuit ỽtutum ꝛ p̄cipue caſtitatꝭ augmēto. Nam ꝛ ipſe caſtitatem vouiſſe credit cum cōiuge ỽgine: ſicut dicit Aug⁹ li. de cōiugali bono. Item auctus fuit fame celebritate: hominū reuerentia ꝛ dilectione: ac matris dei familiaritate.

¶ Tertio ratiōe teſtificationis. vt. ſ. ipſe Ioſeph ſponſus caſtus teſtis eſſet ꝛ cuſtos caſtitatꝭ beate virginis. De hoc infra eo. li. pte. vj. ar. iij. ca. j. latius habes.

¶ Capitulum. XII.

D Uodecima ſtella qua gloriat beata ỽgo dicit habitaculi p̄claritas Nam in p̄clara ciuitate Nazareth habitare debuit beata virgo dum chrm cōciperet: vt impleret illud ꝓphetıcū Eſa. xj. Egrediet ỽga de radice ieſſe. vbi fm veritatem hebraicā habet: et nazareus de radice eius aſcendet. Unde ꝛ Math. ij. ſcribit p ꝓphetas eſſe dictū: qm nazare⁹ vocabit nomen ei⁹ ꝛc. De hoc latius infra eodē li. pte. vj. ar. j. ca. iij. habet. Ne eni plixitas tediū generet: hec breui⁹ pertranſeo. Et vt reuertamur ſicut cepamus in hac parte ꝓcedere ad modū hiſtoricū: quem ſi placuerit tenere potes: p oēs dictas ſtellas ꝓcedendo: tanq̄z ſi ſapientia dei p dictas oēs autoritates et rationes adductas docuerit Dauid interrogantem. Iam igit his habitis poſſum⁹ contēplari q Dauid grās egit de bona informatione di. Uere magn⁹ dñs noſter ꝛ magna virtus eius: ꝛ ſapientie eius nō eſt numer⁹. Omnia in ſapia feciſti dñe: impleta eſt terra poſſeſſione tua. Reuerſus q̄z ad patres ait cū gaudio. Cantate dño cāticum nouū: q2 mirabilia fecit. Notum fecit dñs ſalutare ſuū: in cōſpectu gentiū reuelauit iuſticiā ſuam. Expoſuitq̄z oēs conditiones p̄miſſas q̄s debuit habere dei genitrix. Tunc ſancti patres cōmuni cōſilio miſerunt Dauid ad Nazareth vt videret ſi aliquā talem poſſit repire. Conſpiciēs q̄z in ſpū btām ỽginem Mariā deſponſatā Ioſeph virginem pulcerrimā eſſe ꝛ omni gratia plenam: dixit ad eam. Audi filia ꝛ vide et inclina aurem tuā: et cōcupiſcet rex decorē tuū: qm ipſe eſt dñs deus tu⁹ ꝛc. Reſpōdit Maria. Paratum cor meū paratū cor meū: cantabo ꝛ pſallā in gloria mea. Dauid igit accedens ad dñm ait. Inueni locum dño: tabernaculū deo Iacob. Surge dñe in requiem tuam: tu ꝛ arca ſctificationis tue. Tunc deus pater miſit angelos ad videndū beatam ỽginē quā Dauid cōmendauerat. Qui venientes ad eam dixerunt inter ſe. Hec eſt que neſciuit thorū in delicto: habebit fructum in reſpectione animaꝝ ſctāꝝ. Sap. iij. Et regreſſi cōmēdauerunt eam in domo ſummi regis: laudātes eam ꝛ dicētes. O q̄z pulcra eſt caſta generatio. ſcꝫ bte ỽginis: cū claritate oīs ỽtutꝭ ꝛ grē. Immortalis eni eſt memoria eius que ꝛ apud deū nota eſt ꝛ apud homīes Sap. iiij. ca. ¶ Intuēs ē deus pater eam: dilexit eam ꝛ ait illud Sapie. viij. Hanc amaui ꝛ q̄ſiui ſpōſam mihi aſſumere eā: et amator factus ſum forme illius. Deniq̄z dei filius intuēs eam ait. Hec requies mea in ſeculuꝫ ſeculi: h habitabo qm elegi eam. Et ſpūſſanctus dixit. Oportet eam me p̄uenire in benedictionib dulcedinis. Requieſcet ergo ſup eam ſpūs dñi ſapientie ꝛ intellectus ꝛc. Eſa. xj. Et tūc decreuit deus vt mittat angelus ad eam qui ſalutet eam nouo munere ditandam: ꝛ eius aſſenſum reqrat: ē facto dei filiū in vterū ſuſcipiat. Dauid ē regreſſus cum gaudio ad patrē ait. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo Iacob. Oēs q̄z ſcti patres in laudem virginis aſſurgentes cecinerūt dicentes. Tu gloria hierl'm: tu honorificentia pp̄li noſtri. idcirco eris bñdicta in eternū. Iudith. xv. Et nos igit chariſſimi quāta poſſum⁹ deuotiōe deum in gloria ſue digniſſime genitricis collaudemus: ei grās ꝓ tāto bñficio agentes: clamem⁹ vt nobis gratia ꝛ gloria donet.

¶ Tertia pars et Sermo tertius p̄mi libri agit de angelica nunciatione ſiue miſſione. Et circa h qualiter apparuerit beate virgini angelus: ꝛ qli dignitate.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Miſſus eſt angelus

Miſſus eſt angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilee cui nomen Nazareth: ad virginem deſponſatā viro cui nomē erat Joſeph de domo Dauid: ꝛ nomē virginis Maria Lu.j. Si pmiſſa chariſſimi pēſam⁹ ſacri euāgelij vba: cōpimus ꝗꝫ maxima cordis deuotiōe venerari debeamus ſanctū Gabrielē archangelum miſſum a deo ad bn̄dictā virginem. Nimirū ex trib⁹ pcipue ꝗlibet legatus reddit multū commēdabilis ꝛ digniſſima reuerentia ſuſcipiēdus. Primo ꝗdē ex mittentis dignitate. Scd̄o ex negocij ꝓ quo mittit arduitate. Tertio ex ꝑſone ad quam mittit maieſtate. Sic ꝑ oīa ipſe angelus Gabriel multū nobis reddit amabilis pariter ꝛ venerabilis. Tum qꝛ mittit a ſummo oīm creatore deo infinite dignitatis. Tum qꝛ in negocio ſup oīa arduiſſimo diuine incarnationis nobis ꝗꝫ valiſſimo mittit. Tum ꝗꝫ quia ad bn̄dictam virginem Mariā: celi reginā ꝛ mūdi dn̄aꝫ mittit ſalutandū: quatin⁹ ipſo annūciante dei filius in virgineū deſcendat vterum ꝛ viſitet nos oriēs ex alto. Sicut ꝗppe in vere ꝗn̄do philomena canit dulciter cōſueuit nos celeſtꝫ deſcendere: ita cū hec philomena celeſtꝫ vicꝫ Gabriel cantum illū melliſluum vicꝫ Aue gratia plena cecinit: dei filius e celo in vterum virginis deſcendit pro noſtre ſalutis operatiōe. Propterea euangeliſta Lucas in verbis ſacri euangelij hec tria de iſto ſctiſſimo Gabriele enunciat dicens. Miſſus eſt angelus Gabriel a deo. Ecce mittentis ſumma dignitas: quia a deo. Item ad virginem deſponſatam viro ꝛc. Ecce ipſius ꝑſone ad quam mittitur ſublimitas. Tandem in ſequentibus clareſcit rei pro qua miſſus eſt arduitas. ſ. incarnationis diuine ſicut patet in ꝓceſſu verborum eius ad virgineꝫ bn̄dictam platoꝝ. De hac igitur angelica miſſione et annunciatiōe loꝗ intendentes: tria myſteria notabimus ꝑ ſermone.

¶ Primū myſteriū angelice annunciatiōis ſiue miſſionis.

¶ Scd̄m dicit myſteriū ꝗlifice operationis.
Tertiū dꝛ myſteriū dignifice obſeruatiōis.

¶ Articulus pmus ꝙ myſteriū diuīe incarnationis debuit annūciari virgini ꝑ angelū Gabrielē

¶ Capitulum. I.

## Primum myſteri

Primum myſterium angelice miſſionis ꝛ annunciationis. Circa quod quattuoꝛ pcipue occurrunt queſtiones. ¶ Prima Utrum neceſſarium ꝛ congruum fuerit incarnationis myſteriuꝫ beate virgini annunciari. ¶ Secunda queſtio Utrū hec dn̄ica annunciatio ꝑ nunciū tm̄modo angelicū debuit fieri. ¶ Tertia queſtio. De quo ordine debuerit angelus ad virginem ꝓ hac annunciatione mitti. ¶ Quarta queſtio Utrū congruētius Gabriel inter oēs angelos debuerit ꝓ hac annūciatiōe facienda eligi. ¶ Ad pmā ꝗſtionem ꝗ querit vtrū neceſſariū fuerit ꝛ cōgruum incarnationis myſteriū beate virgini annūciari. Arguit ꝙ non. quia de⁹ cum ſit ꝓpinquiſſim⁹ humane menti: ꝗ ſolus imediate illabit anie: vt dicit Aug⁹. nō videt ꝗre neceſſariū fuerit aliꝗ mediāte dei aduentū virgini benedicte annūciari. ¶ Ites iſta incarnatio dn̄i pnunciata erat olim ꝑ ꝓphas Unde Iſa. vij. Ecce virgo concipiet ꝛc. ergo non erat neceſſarium fieri per angelum. ¶ In contrarium eſt diuine ſcripture autoritas ꝛ diuine ꝓuidentie ordo que nil incongruū admittit. ergo cōgruum fuit annunciari. ¶ Ad ꝗſtionē igit reſpōdet ꝙ neceſſariū erat annūciare beate virgini ꝙ ipſa eſſet chꝛm̄ conceptura: pluribus rationibus ſm Tho. iij. ſcpto ſniaꝝ. diſt. iij. ar. j. et iterū. iij. parte ſumme. q. xxx. ar. j. necnon ꝛ ſm Alber. ſup Miſſus eſt. ca. j. ¶ Primo vt virginis intellect⁹ erudiret ꝛ illuſtraret. Cum eñ mēs deo vicinioꝛ ſit et intimioꝛ ꝗꝫ corpus: non decebat vt dei ſapientia eius vterum inhabitaret ſine hoc ꝙ mens ei⁹ prius fidei lumine ꝛ cognitione ſumme ſapiētie reſplenderet. Et ideo pri⁹ debuit mens eius intelligere ꝛ cognoſcere quod in ea fiendū erat (ꝗd ꝑ annunciationem factū eſt) anteꝗꝫ carnē conciperet Unde Aug⁹ li. de vbis dn̄i: ſic dicit. Beatioꝛ eſt Maria ꝑcipiēdo fideꝫ chꝛi ꝗꝫ cōcipiēdo carnem chꝛi. Et ſubdit ibideꝫ. Materna ꝓpinꝗtas nihil Marie ꝓfuiſſet: niſi felicius chꝛm̄ corde ꝗꝫ corpore geſtaſſet. Hec ille. ¶ Secūda ratio: vt virginis affectus ꝛ actus acceptaret. Nam de⁹ non diligit coacta ſeruitia ſed ſpontanea: vt dicit Aug⁹. iuxta illud Pſ. Uoluntarie ſacrificabo tibi ꝛ cōfitebor nomini tuo dn̄e qm̄ bonum eſt. Uñ beata virgo cum ſingulariter ꝛ excellenter in dei ſeruitium eligeret quem vtero portauit: lacte aluit: brachijs baiulauit: decuit vt eius obſequiū voluntariuꝫ angelo nunciante requireret: ad qd̄ ſe paratam ꝛ ꝓmptam obtulit dicens. Ecce ancilla dn̄i. ¶ Tertia ratio: vt virginis conſenſus exprimeret. Si eñ in matrimonio corporali requirit expꝛſſus conſenſus: multo magꝭ in matrimonio ſpirituali: cum ſit maioꝛ coniunctio mentꝭ ꝗꝫ carnis. Et ideo vt oſtenderet eſſe quoddā ſpirituale matrimoniū inter dei filium ꝛ humanaꝫ naturam: igit ꝑ annunciationē angeli expectabat cōſenſus virginis loco totius humane nature. Jdcirco Aug⁹ in ſermone de natiuitate beate Marie dicit. O beata Maria ſeculū omne captiuū: tuum depcat aſſenſum. Te domina mund⁹ ſue fidei obſidē fecit. Noli morari virgo: nūcio feſtinanter reſponde verbum ꝛ ſuſcipe filium: da fidem ꝛ ſenti virtutem. Ecce (inquit) ancilla dn̄i: fiat mihi ſm verbum tuum. Nec mora virginaleꝫ thalamum ingredit chꝛiſtus. Hec ille. ¶ Quarta ratio addit ſm Albertū vbi ſupꝛa: vt de⁹ ma



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gis honoraret ⁊ homo inſtrueret. Nam deus in hac annūciatione honorabat ꝗ̃tum ad potentiam in eo ꝙ angelos miniſtros habuit: ⁊ ꝗ̃tum ad ſapientiā in eo ꝙ modus noſtre liberationis modo ꝑditionis directe obuiauit: cum ꝟginē ꝑ angelum bonū docuit: ſicut angelus malꝰ virginem Euam decepit. Itē homo inſtruit ad deuotionē in eo ꝙ humana natura abiecta deo ⁊ angelis inimica: a deo ꝑ̇or ꝑ angelum ſalutat. et in hoc etiam deꝰ honorat ꝗ̃tum ad bonitatē que ex hoc reſplendet ac charitatem. Deniq̄ ex hoc hō inſtruit ad fidem: ad obediendū deo: ⁊ ad hūilitatē exemplo beate ꝟginis. ¶ Et ꝑ hec p̄miſſa patet reſponſio ad p̄mū argumentū in contrariū.

¶ Ad ſecundū aūt reſpōdet ſm eundē Tho. vbi ſupra. ꝙ licet ꝓphetia p̄deſtinatiōis compleat ſine noſtro arbitrio cauſante: non tñ ſine noſtro arbitrio conſentiente. Et ſic patet.

¶ Capitulum. II.

Secundo querit. Utrū hec dñica annūciatio tm̄modo ꝑ angelicū nunciū debuerit fieri: Videt ꝙ debuerit annūciari vicȝ ꝑ aliquē ꝓphetā: quia incarnatio chri notificabat ⁊ p̄nūciabat in veteri lege ꝑ homīes. vicȝ ꝓphetas et patriarchas. ergo ⁊ ipſi beate ꝟgini debuit nūciari ꝑ ꝓphetam. Preterea ſupior non debet inſtrui ꝑ inferiorem. ſed beata ꝟgo ſupior fuit angelis: quia deo acceptior. ğ nō debuit ſibi per angelum conceptio annunciari. ¶ Item ꝯfirmatur. q̄a ſummis angelis fit reuelatio imediate a deo ꝓpter ipoꝝ dignitatem. ſed mater dei eſt ſuꝑ oēs exaltata. ğ videt ꝙ imediate ſine oī angelico nuncio ſibi debuit fieri reuelatio a deo de incarnationis myſterio. Preterea btā virgo ex lumine fidei ⁊ gratie coğſcebat deū incarnādū ⁊ credebat hoc fideliſſime que ad hoc in vtero erat ſanctificata. ideo nō videt ꝙ per angelū hoc ſibi debuerit reuelari. ¶ In cōtrariū eſt diſpoſitio diuine ſapientie ſicut teſtat ſacra ſcp̄tura. Miſſus eſt (inquit) angelus ⁊c. ¶ Ad queſtionē reſpōdet ſm Tho. vbi ſ̃. ar. ij. necnō ſm magnū Albertum vbi ſuꝑ ca. ij. ꝙ myſteriū incarnationis nullus hominuȝ debuit beate virgini annunciare. quia inferiorū eſt recipe a ſupioribꝫ illūinatiōem: vt dicit Dioñ. de angelica hierarchia. Sed nullus hominū fuit beata virgine ſupior: que om̄es ꝓphetas ⁊ ſanctos p̄cellebat lumine gratie ⁊ merito ſanctitat̄. ğ ⁊c. Licet autē beata virgo fuerit etiam angelis ſuperior ſm acceptationē diuine p̄deſtinationis et ꝗ̃tum ad dignitatem ad quam diuinitus eligebatur: erat tamen eis inferior ꝗ̃tum ad ſtatū: qm̄ ipſa in ſtatu p̄ſent̄ vite erat: angeli ꝟo in ſtatu patrie. Nec mirum hoc. quia etiam ipē chriſtꝰ ratiōe paſſibilitatis vite paulo minus eſt ab angelis minoratus. Sed tamē quia chr̄s fuit viator ⁊ cōprehenſor ꝗ̃tum ad cognitiōeȝ diuinoꝝ non indigebat inſtrui. ſed mater dei nōdū erat in ſtatu comp̄henſorū: et ideo de diuino conceptu erat per angelum inſtruenda et annunciandа. et hoc q̄druplici ratione.

¶ Primo ratione diuine ordinationis.

¶ Scdo rōne angelice reſtauratiōis.

¶ Tertio rōne mundicie virginalis.

¶ Quarto ratione future vtilitatis.

Primo rōne diuine ordinatiōis: vt. ſ. ſeruaretur ordo quem deus ſtatuit ꝙ vicȝ diuina mediantibus angelis quorum officium eſt nunciare hominibus panderent et annunciarent. Et hec eſt regula diuine ordinationis: ſicut dicit Dionyſiꝰ iiij. ca. angelice hierarchie. Diuinum inquit Jeſu benignitatis myſteriū angeli primū edocti ſunt: preterea per ipſos ad nos gr̄a cognitionis trāſiuit. Hec ille. ¶ Secundo ratiōe angelice reſtauratiōis. Sicut eñ perditio humana initiū ſumpſit ex hoc ꝙ diabolus allocutus eſt mulierem: ita vt dicit Beda cōgruū erat vt pro humane reparatiōis exordio angelus virginem alloquat: que reparatio angelice ruine ⁊ humane communis erat. ¶ Tertio ratione mundicie virginalis. Unde Hiero. in ſermone aſſumptionis Marie ſic dicit. Bene angelus ad virginem mittit. quia ſemꝑ eſt angelis cognata virginitas: profecto in carne p̄ter carnem viuere non terrena vita eſt ſed celeſtis. ¶ Quarto ratione future vtilitatis. qꝛ ille annunciabat qui eſt rex omniū hominū et angeloꝝ: cuius natiuitas ſicut in ſalutē erat hoīm: ita et in reꝑationem angelice ruine. et ideo decuit vt tam homo ꝗ̃ angelus in annūciatione myſterium exhiberent. Hec Tho. ⁊ Alber. ¶ Ad argumentū primū in cōtrariū patebit ex premiſſis reſponſio. Et ſimiliter ad ſecundū ⁊ eius cōfirmationē patebit reſponſio. quia licet mater dei erat ſuperior dignitate: non tamen ꝗ̃tum ad ſtatum ¶ Ad vltimū reſpondet ſm Alber. ꝙ licet beata virgo fidem incarnationis habuit: veruntamen ex humilitate cordis ſui nunꝗ̃ cogitauit ſe ad tale myſterium ſublimandā: et ideo ab angelo debuit p̄moneri.

¶ Capitulum. III.

Tertio querebat de quo ordine debuerit angelus ad annunciandu ȝ mitti. Videt eñ ꝙ de ſummo: quia ſumma nūciabat Ex quo videt ꝙ Gabriel fuerit ſūmus ⁊ de ſummo ordine. ſ. ſeraphin. ¶ Ad hanc q̄ſtionē breuit̄ reſpondet ꝙ ꝗ̃ꝗ̃ aliqui putauerint Gabrielem eſſe de ſummo choro: ex eo ꝙ ſummū myſteriuȝ ſcȝ incarnationis ad plenum ſcierit et annūciauerit: tamē cōmunis eccl̄ia ſonat eum fuiſſe de choro archangeloꝝ: et nō de ſeraphin vel alijs ſupioribꝫ. Nam ⁊ cōiter Gabriel archangelus appellat. Unde iſte angelus nō fuit de ſumma nec de media hierachia. ſed vt ꝓbabiliꝰ videt fuit d̃ medio ordine infime hierarchie qui eſt ordo archāgelorum. Et hoc oſtenditur ſm Tho. vbi ſupra necnon ⁊ Albertū ⁊ pleroſq̄ alios doctores pluribus rationibꝫ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Primo ratione vtilitatis.
Scḋo ratione cõmunitatis.
Tertio rõne ꝓprietatis.

Primo rõne vtilitatis. Cum eñ chr̃s naſcebat᷑ vt inordinationẽ que in angelis acciderat repararet: decuit vt in ſua cõceptione ordo ille celeſtis hierarchie marie ſeruaret᷑: vt. ſ. ſummi angeli mediãtib᷒ infimis hoĩes illuminarent. et ideo Gabriel ꝑ quẽ virgo illũinabat᷑ erat de infima hierarchia. Secũdo rõne cõmunitatis. Ut eñ tantũ myſteriũ eſſet cõmuni᷒: decuit vt inferior Gabriel nunciaret: qui vicꝫ de infima eſſet hierarchia. Cũ eñ inferiores angeli agant id qḋ a ſuꝑioribꝫ recipiũt ꝛ non ecõuerſo dum inferiores angeli nunciant: annũciatio ꝑ ſuꝑiores ꝛ inferiores explet᷑: quod nõ eſſet ſi ſuꝑiores imediate annũciarent. Tertio rõne ꝓprietatis. Decuit q̃ppe ordinẽ celeſtis hierarchie in hac annũciatiõe obſeruari. vt ſcꝫ ſummi angeli mediantib᷒ infimis hoĩes illuminarẽt. ſed qꝛ nõ decuit vt de infimo ordĩe. ſ. angeloꝝ aliq̃s mitteret᷑ ad annunciãdũ. Ratio. qꝛ ad illos. ſ. angelos ꝑtinet dirigere act᷒ alicui᷒ hominis q̄ ad ipm ſingulariter vł q̃ſi iṁmodo ꝑtinent. vnde angeloꝝ ꝓprietas eſt minima nunciare: ſicut dicit Grego. in moral. Uñ ꝯgruebat vt de ordine archangeloꝝ q̄ ordo eſt ſupra ordineꝫ angeloꝝ mitteret᷑ aliq̃s. ſ. Gabriel. Cum ꝓpter ꝑcipuũ honorẽ btẽ v̾ginis: q̄ ſupra cõmunes erat viatores. Cum ꝓpter archãgeloꝝ ꝓprietatem. qꝛ ad archãgelos ꝑtinet dirigere actus hominis q̄ in totam multitudinẽ redundãt. Unde ꝛ archãgeli dicunt᷑ ab archos qḋ eſt ꝓnceps: q̃ſi ꝓncipales angeli. Quia ergo cõſenſus beate virginis q̄ ꝑ angelũ req̃rebat᷑ erat actus ſinglaris ꝑſone in multitudinis imo tot᷒ humani generis ſalutem redundans: idcirco ad annunciandũ virgini req̃rebat᷑ vt mitteret᷑ angelus de ordine archangeloꝝ. Si aũt abſolute petis vel q̃ris vtrũ iſte angelus fuerit ſumm᷒. Rñdet᷑ ſm Tho. vbi ſ. ꝙ nõ fuit ſummus ſimpliciter. qꝛ nec de ſũma hierarchia: nec etiam de media hierarchia fuit. Põt tñ dici ſumm᷒ duobꝫ modis. Primo. qꝛ credibile eſt ꝙ fuerit ſũm᷒ in ordine archangeloꝝ. Secundo qꝛ ſumma. i. incarnationẽ dei ꝛ ſalutẽ humani generis annũciauit. Et ſic exponit Grego. in omel. de centum ouibꝫ. Huic etiam ſententie concordat Bern̄. ita dicens. Putem᷒ angelis ꝑ eſſe archãgelos q̄ ſunt conſcij diuinoꝝ ſecretoꝝ q̄ nõ niſi ob ꝑcipuas ꝛ maximas cauſas mittunt᷑: ex q̄bus ille magn᷒ archãgelus Gabriel miſſus legit᷑ ad Mariã: ob cauſam q̄ vtiqꝫ maior eſſe ñ poteſt. Hec ille.

Capitulum. IIII.

ideo plorat vociferās et tactu ſathan pter Mariam ⁊ filiū eius. Itē dixit idē Ebi Machometū dixiſſe Multi pfecti fuerūt ex hominibꝫ: nulla vero fuit pfecta ex mulieribꝫ: niſi Maria mr ỹſe.i. Jeſu. Fert quoqꝫ ꝙ q̇cūqꝫ ex ſaracenis publice blaſphemauerit nomē virginis Marie lapidibꝫ ↄtundit os eius ſm̄ leges eoꝝ. Ecce pater q̄modo a paganis hrificat Maria Tertiū genꝰ nationū eſt chriſtianoꝝ q̇ oēs eam ſctām ⁊ beatam dicunt. Et certe erubeſcat malus chr̄ianus q̇ beate ꝟgini laudes dicere recuſat: quā etiam pagani. vt p̄miſſuꝫ eſt laudāt. Utiqꝫ o br̄iſſima virgo Maria verū eſt qḋ de te canit eccl'ia Felix inq̄t es ſacra ꝟgo maria. ⁊ omni laude digniſſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſticie chr̄us deus noſter. Ecce ergo te oēs br̄ām dicimꝰ.

Capitulū. V.

Quinta ſtella in ordine. ⁊ p̄ma ſecūdi q̄ternarij d̓r mirificatio. vn̄ ait. Quia fec̄ mihi magna q̇ potēs eſt. i. opatꝰ eſt in me mirabilia ꝑ ſuā potentiā infinitā. Theophilus. Uere magna mira ⁊ maria deus opatꝰ eſt in Maria: cū eā a pctīs p̄ſeruauit: cum eā ſctificauit: cū filiū dei ex ea naſci voluit: ⁊ hūanū genus ꝑ ipſam reparauit. Cū vero pepit ꝟgo p̄mā ſit. ⁊ hec ideo. qꝛ potēs eſt: qm̄ nullus alius poſſit hec facere. Circa hanc ſtellā ponit̄ iſta cōduſio. In oībꝫ opibꝫ a p̄ncipio mundi factis mirū maximū qḋ deus fecit in toto mōo ⁊ facere potuit eſt hoc qḋ in Maria fecit. pbat̄ tripl'r

Primo autoritate.
Scḋo ratione.
Tertio exēplificatōe.

Primo Autoritate ſancti Bern̄. in ſermone de gaudijs Marie dicentis. Multa inq̄t magna fecit deus in creaturis mōi: nihil tn̄ tā excellēs ⁊ tā magnū opꝰ digitoꝝ dei ſicut in ꝟgine quam ſol ⁊ luna mirant̄. Hoc idem teſtat̄ Anſ. ⁊ plures alij doctores. Scḋo pbat̄ rōne: qꝛ nil poteſt dici maius q̄ꝫ ꝙ deꝰ ſit factus hō: cū magis diſtet deus a creaturꝭ q̄ꝫ q̇cūqꝫ creatura a nihilo. Ceterū ex pte creature: nil maiꝰ poteſt dici q̄ꝫ ꝙ ſit mater dei. Hoc enim eſt ſūme gr̄e ⁊ gl'ie q̄ maioꝛ creature cōicari nō potuit: ſicut vult Alexander de Ales. j. pte ⁊ Alb. ſuper Miſſus eſt. Ideo Anſ. li. de cōcep. ꝟgi. d̓r Nihil tibi o dn̄a eſt eq̄le: nihil cōpabile. omne em̄ qḋ eſt aut ſup̄ te eſt. aut infra te eſt. qḋ ſup̄ te eſt. ſolus deꝰ eſt. qḋ infra te eſt. eſt omne qḋ deus nō eſt. Tertio oſtendit̄ exemplificatōe. nā magna fecit deꝰ: qn̄ celū ⁊ terram ac oīa que in eis ſunt. ſolo ꝟbo creauit de nihilo Ps̄. Dixit ⁊ facta ſunt. Sꝫ certe maius fecit multo in matre. qn̄ de puriſſimo eiꝰ ſanguine corpꝰ chriſti formauit q̄ totus deus eſſentialiter cōtinet̄ quē celi capere nō pn̄t. Itē magnū fecit deꝰ qn̄ celum angelis repletum creauit: ⁊ ipſis deū diligentibꝫ ſe beata viſione fruendū exhibuit. Sed certe maiꝰ fecit in virgine qn̄ in eiꝰ vtero deꝰ ipſe habitauit incluſus q̄ oēs angeli fruebant̄. Item magnū fec̄ deus qn̄ de parua Ade coſta vnā magnā mulierē formauit. ⁊ eā Ade federe mr̄imoniali ↄiunxit. Sed maius fecit qn̄ de parua portōe ſanguis virginei corpꝰ chr̄i perfc̄m ſubito formauit diuitati inſeꝑabil'r vnitū. Itē magnū fec̄ qn̄ mundū diluuio deleuit. ⁊ tm̄ octo aīas p̄ſeruauit a diluuio. Sed maiꝰ fecit qn̄ br̄ām virginē ab oī pcc̄o p̄ſeruauit. ⁊ ꝑ eā genus hūanū redimēdū diſpoſuit. Itē magnū fecit qn̄ pharaone ſummerſo hebreos liberauit. Sed maiꝰ fecit qn̄ ꝑ filiū ꝟginis deuicto fortiſſimo hoſte diabolo oēs hoīes redemit. Itē magnū fecit qn̄ māna filios iſrael pauit. ſed maiꝰ fecit qn̄ in vtero virginis verū panē. i. corpus chr̄i ad oēs ſanctos paſcendos formauit. De q̄ pane Joh. vj. Hic eſt panis q̇ de celo ⁊c̄. Itē nōne magnū fecit ꝙ iordanis ↄuerſus eſt retroꝛſū. Nōne magnū fecit ꝙ ſol ſtetit. vl' ꝙ in horologio Achaz. x gradibꝫ retroceſſit Eſa. xxxviij. Sed maiꝰ fecit qn̄ ad verba virgīs ↄſentientꝭ eternꝰ deꝰ retroceſſit ꝑ incarnatōeꝫ ad infantiā vnius diei. ⁊ in vtero ꝟginis māſit. ⁊ ſic ↄſeq̄nter de oībꝫ factis mirabilibꝫ inducendo repies: qꝛ fec̄ dn̄s maximū in Maria.

Capitulū. VI.

Sexta ſtella d̓r ſctificatio. q̄ gloriat̄ br̄ā ꝟgo in h̄ cantico: cū ſubdit. Et ſctm̄ nomen eiꝰ. Nomē q̇ppe dei d̓r ſctm̄: qꝛ q̇cq̇d ſanctitatꝭ pōt cogitari eminentiꝰ eſt in deo. ⁊ qm̄ ſctōs facit: ipm̄. ſ. nomē dn̄i debite portātes. Juxta illḋ Leui. xx. Eſtote ſcti: qꝛ ego ſctūs ſuꝫ. Ego dn̄s q̇ ſctifico vos ⁊c̄. Bn̄dicta itaqꝫ ꝟgo gl'iat̄. ⁊ gaudere ſe oñdit in hoc ꝙ taꝫ ſctiſſimū filiū ↄcepit. ꝑ cuiꝰ ſctiſſimū nomen ip̄a ſūme ſanctificata extitit. De hac aūt ſctificatione ꝟginis agit̄ li. v. pte. j. ar. ij. per totū Hic tn̄ eſt notandū ꝙ merito de hoc dn̄a gloriat̄. qꝛ nomē dn̄i beata in ꝟgine dicitur ſctm̄ magꝭ ꝓprie q̄ꝫ an̄ incarnationē: licet ⁊ ꝓtunc ſctm̄ dictum ſit Juxta illḋ Ps̄. Sanctū ⁊ terribile nomen eius Et rō: q̇a ꝓprie d̓r ſanctū. i. ſanguine tinctū. vt dicit Johānes Januen̄. in Cathol'. Nam apḋ veteres nil dicebat̄ ſanctū: niſi ſanguie hoſtie eſſet reſperſum vel ↄſecratū. Sed qm̄ deꝰ an̄ incarnatōeꝫ non fuit ſanguie tinctus. ſed in br̄ā virgine de puro eꝰ ſanguie carnē aſſumendo ſanguine q̇dāmodo tinctꝰ dici pt: cū ⁊ ſangui in carne vnitus eſt. ⁊ tandē in cruce totꝰ ſanguie ſacro ꝓprio fuit refuſus ⁊ balneatꝰ. ẽ magis ꝓprie ſctm̄ nomen dn̄i in ꝟgine. ⁊ ꝑ ꝟginē eſſe iudicat̄ q̄ꝫ an̄ incarnatōꝫ. Un̄ bn̄ d̓r. Et ſctm̄ nomen eiꝰ. O igr̄ fidelis aīa diligēter pēſa q̄nta dei charitas in ꝟgine bn̄dicta ſit erga te exhibita. vt vicꝫ cruore roſeo ex ꝟgine ſumpto te lauerit ſctificauerit. ⁊ mundauerit: ac redemerit Juxta illud Apoc. j. Dilexit nos ⁊ lauit nos a pctīs in ſanguie ſuo.

Capitulum. VII.

Septima ſtella dicitur miſeratõ. vñ ait Et miſcõdia eius a ꝓgenie in ꝓgenies timẽtibꝰ eũ. q. d. ſm Bedã. Non ſolũ inqt mihi fecit magñ q̃ potens eſt. ſed in oĩ gente que timet deũ. q̃m fecit miſericorditer redemptionẽ oĩbꝰ a ꝓgenie iudeorũ in ꝓgenies chriſtianoꝝ: nec tñ oĩbꝰ q̃ztum ad efficaciã: licet vniuerſis ꝛ toti mũdo q̃ztũ ad ſufficientiã. ſed timentibꝰ eũ timore filiali ꝛ caſto: ſic exponit Ly. Unde claret qꝛ in his ṽbis gl'iatur ſe fore matrem miſcõdie i oẽs diffundende. Hinc ꝛ eccl'ia canit de ea. Maria mr̃ miſericordie: mater grẽ: tu nos ab hoſte ꝓtege ꝛc̃. Nota aũt ꝙ merito bñdicta ṽgo gl'iatur in cantico de hoc. i. de ſtella miſeratiõis diuine. q̃a nuſq̃z maior dei miſeratio erga nos oſtendi potuit q̃z in hac incarnatõe facta ex ṽgine: in q̃ pro noſtra liberatiõe ſolus ipſe deus ſe hũiliauit ꝛ deſcendit vſq̃z ad penã noſtre miſerie. vt nos releuaret. Ut aũt o homo agnoſcas q̃ztũ dei miſericordia exhibita ſit. ꝛ exhibeatur vſq̃z in finem per Mariã. Nota tria pũcta tanq̃z tria ſigna diuīe miſeratõis per eã largiẽde. Primũ eſt ꝙ a pñcipio nõ fuit: nec eſt vel erit. nec pt̃ eſſe tã ſceleratus peccõr q̃ dũ ad b. virginẽ ſe ꝯuerterit. vt deberet miſericordiã nõ cõſequatur Hoc teſtatur Anſ. li. orationũ di. O btĩſſima virgo Maria: ſicut oĩs pecõr a te ꝯuerſus. ꝛ a te deſpectus neceſſe ẽ vt intereat: ita oĩs pecõr ad te cõuerſus. ꝛ a te reſpectus impoſſibile eſt vt pereat. Et rõ. qꝛ beata virgo cũ ſit mater miſericordie nullũ peccõrem dũmodo ꝯuertatur ad eius miſerationẽ fideliter redeat ac ꝑſeueret: dimittit: q̃n ꝓ eo intercedens veniã obtineat ꝛ grãm. idcirco idẽ Anſ. di. O felix Maria tu peccõrem toti mũdo deſpectũ materno affectu amplecteris: nec deſeris q̃uſq̃z deꝰ ꝓ te placatꝰ ipm̃ grẽ ſue reformabit. Hec ille. Secundũ punctũ ꝙ ſi mater miſcõdie ipſa. ſ. Maria nõ fuiſſet: mũdus iã ꝓpter pctã diu ꝑijſſet Hoc teſtatur Fulgentiꝰ. iiij. mithologiaꝝ di. Diu celũ ꝛ terra ruiſſet ſi non Maria p̃cibꝰ ſuſtentaſſet. Qđ claret etiã ex miraculo qđ legitur in vita ſancti Dominici: vic ꝙ viſum eſt voluiſſe chr̃m totũ mũdũ tribꝰ vibratis lanceis ꝑdere. ſed beate virginis interceſſione liberatũ Tertiũ punctũ ꝙ ſi Maria mater miſcõdie nõ interueniſſet: deus hũc mundũ ꝓ ſuis ſceleribꝰ multo ſeuerius q̃z tũc flagellaret. Hoc oñditur certitudine experientie. qꝛ in veteri teſtamẽto anteq̃z deus fuiſſet incarnatus ex virgine mĺto ſeueriꝰ ꝛ ſtrictius flagellabat mundũ ꝓ pccĩs q̃z nunc. Nam qñq̃z ꝓ vnico ſolo peccõ magna ſtrages hominũ ꝑibat. Totꝰ eñ mũdus ꝓ peccõ diluuio deletꝰ ẽ. Pro gula vna maxima plaga facta eſt in populo iſrl' Nu. xj. Pro vno furto Achor. xxxvj. hoĩes dei iudicio ſunt ab hoſtibꝰ ceſi. ꝛ ex iſrael. ccc. pugnatoꝝ q̃ fuere in illo exercitu cõfracti terga ṽterũt. ꝛ ꝑſecuti ſunt eos hoſtes Joſue. vij. ca. Item ꝓ vna idolatria. xxiij. milia hominũ perierũt Exo xxx ij. ca. Ecce q̃z ſeuere deus puniebat pccã. Nã ꝛ ꝓ vno peccõ pmi parẽtis vſq̃z ad q̃nq̃z mille annos ꝛ ampliꝰ oẽs filij dei ſunt a viſiõe dei excluſi. Sed tũc poſtq̃z virgo Maria deũ cõcepit ꝛ genuit q̃t in toto mũdo ſuꝑabũdant ſcelera. q̃t idolatrie ꝛ ſuꝑſtitiões: q̃t ſuꝑbie: ſodomie: ꝛ gule ꝛc̃. ꝛ tamen placatus deꝰ miſericorditer expectat vt conuertamur. ꝛ tam ſeuere non flagellat in hoc mundo ſicut ante. Ideo Apl's Titũ. iij. Apparuit benignitas ꝛ hũanitas ſaluatoris noſtri dei: nõ ex operibꝰ iuſticie. ſed ſm ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit Gras igitur agamus deo quia per Mariã miſericordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies timẽtibꝰ eum oĩbꝰ.

Capitulũ. VIII.

Octaua ſtella dicitur triumphatõ: de qua gaudens in dño gloriatur virgo cum ait Fecit potẽtiã in brachio ſuo: diſꝑſit ſuperbos mẽte cordis ſui Nimirũ brachiũ dei dicitur filiꝰ dei q̃ eſt filiꝰ virginis ſm expoſitionem Bede. q̃a ſicut homo operatur per brachiũ. ita deꝰ ꝑ verbũ ſuũ. i. filiũ operatus eſt oĩa Joh. j. In pñcipio erat verbũ Et infra. Oĩa ꝑ ipm̃ facta ſt̃ In hoc ſuo brachio. i. filio deus pater fecit potentiã magnã cum potẽter triũphauit deuincẽs potẽtiſſimũ diabolũ qui hũanũ genus poſſedit Uñ ſubdit. Diſꝑſit ſuꝑbos mẽte cordis ſui Cirillꝰ. Magis inquit ꝓprie de demonũ hoſtili caterua intelligenda ſunt hec verba. hos eñ ſeuientes in terra diſſipauit adueniẽs dñs. Hec ille Merito igitur beata ṽgo de hac ſtella triumphationis gloriatur: qꝛ ꝑ eã et in carne de ea ſumpta dñs de diabolo potẽtiſſime triũphauit. vt iam impletũ ſit illud Geñ. iij. Ipſa. ſ. Maria cõteret caput tuum. q̃m ꝑ beatã virginẽ mediante filio poteſtas demonum ẽ contrita. Qꝫ ſi q̃ras quomõ ꝑ virginẽ mediante filio dicatur poteſtas demonũ eſſe cõtrita: cum videamus etiam nũc demones magnã poteſtatem habere in hoĩbꝰ. Nam certa experientia videmus ꝙ multoꝝ hoĩnũ etiã chr̃ianoꝝ corpora obſident demones. multoꝝ etiã mentes excecant. Item adhuc demones nos impugnãt. ꝛ huic mũdo pñcipantur Juxta illđ apl'i Ephe. vj. Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem ꝛ ſanguinẽ: ſed aduerſus mũdi rectores tenebraꝝ harũ. ꝛ in tp̃e antichriſti habebit diabolus maximã poteſtatẽ tentandi ꝛ vexandi chr̃ianos. Item ſicut añ incarnatiõem tantũ potuit nocere q̃ztũ ꝑmiſſus eſt: ita ꝛ nunc ꝗ videtur ꝙ in nullo ſit eius poteſtas cõtrita vel diminuta. Ad hoc rñdetur ſm Bonauen. ſuꝑ. iij. di. xix. ar. iiij. q. j. ꝙ ꝑ paſſionẽ chr̃i in carne de ṽgie ſũpta ſumꝰ liberati de ꝑtãte diaboli. ꝓpter qđ ſaluator dicit Joh. xij. Nũc pñceps huius mũdi eijcietur fo. Et hoc patebit ſic. diabolꝰ eñ añ paſſionẽ chriſti habebat duplicẽ manũ. vic ꝫ attrahentẽ ꝛ ipellentẽ. Manꝰ attrahẽs erat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

poteſtas trahendi ad limbū: etiam iuſtos ⁊ ſanctos. ⁊ hec erat tante potētie: vt nullus poſſet ei reſiſtere: iſta oīno eſt amputata ꝑ paſſionē. iam enī nullū iuſtū ⁊ ſctm̄ poteſt ad limbū trahere. Manꝰ autē impellens erat poteſtas ꝓcipitādi in maliū: ⁊ ꝑ fallaciā: ⁊ ꝑ violētiā: qꝛ tentabat vt draco ⁊ vt leo. ſm Aug. Hec erat ita fortis. vt cū mag̃ difficultate poſſet qs ei reſiſtere. ⁊ iō in multis imo fere in oībꝫ regnabat. hec ꝑ paſſionē debilitata eſt: qꝛ datū eſt lumen ꝟitatis contra diabolicā fraudulentiā. ⁊ adiutoriū ꝟtutis cōtra violentiā. Jam enī fere oībꝫ eſt veritas ꝓpalata: ⁊ ideo deſtructa eſt idolatria que ꝑus ī mūdo regnabat. Jam etiā adiutoriū ꝟtutis tribuit ꝑ grē infuſionē que repͥmit cōcupiſcentiā. ⁊ per angelicā ꝓtectionē que comprimit ptātes aduerſas. Ad illa āt que obijciunt̄ dicendū eſt ſm eundē Bonauen. ꝙ diabolus obſidere corpora ⁊ excecare mētes modo n̄ pōt: niſi qs ei ex culpa ſua vires tribuat. ſicut ſunt illi q̄ ſacramēta chͥi contemnūt. Vn̄ non tot hodie diabolus obſidet q̄t ante ꝯſueuerat obſidere. ¶ Itē q̄uis ſm Apl'm nobis nūc incūbat colluctatō ⁊ pug̃. non tn̄ elōgamur a victoria: niſi interueniat noſtra negligētia. ſm ꝙ dꝛ .j. Cor. x. Fidelis deꝰ q̄ nō ꝑmittit vos tētari ſup̄ id qđ poteſtis: ſed faciet cū tentatione ꝓuentū. Quāuis itaqꝫ ꝑ chriſtū ptās diaboli ſit ſupata: tn̄ in nob eſt dare vires hoſti. ⁊ nos ſubiugare ptāti diaboli. Juxta illđ Hiero. Debilis eſt hoſtꝭ antiquꝰ: nō poteſt vincere: niſi volentē. Et qꝛ in tp̄e antichͥi abundabit iniq̄tas: ⁊ refrigeſcet charitas: teſte ſaluatore Matt. xxiiij. Ideo vires ſumet diabolica ptās. ⁊ iuſto dei iudicio ꝑmittet̄ amplꝰ ad malū impellere q̄ꝫ ꝑmiſſus fuit in tp̄e ꝓcedenti Ad vltimū vero obiectū. dicendū ꝙ deꝰ ante incarnationē amplꝰ permittebat diabolū ex ſuo iuſto iudicio: ⁊ nr̄ conſenſus amplꝰ ei ſubiacebat ex vicio noſtro: ꝑ hoc ꝙ regnabat ig̃rantia. ⁊ etiāꝫ cōcupiſcentia: deficiebat veritas ⁊ grā. Et ſic patet ꝙ per beatā virginē mediāte filio cōtrita eſt ⁊ debilitata ptās diaboli. Hec Bonauen.

¶ Capitulū. IX.

Nona in ordine. ⁊ prima tertij q̄ternarij ſtella dꝛ exaltatio. ſcꝫ humiliū ⁊ ꝟuoꝝ dei. vn̄ dixit. Depoſuit potētes de ſede ⁊ exaltauit hūiles. Iſti potētes fuerūt angeli ſuꝑbi q̄s deus de ſede celeſti depoſuit: ⁊ hūiles .i. hoīes ſe deo in pnīa ⁊ ꝓceptis hūiliantes ꝑ filiū ſuum chͥm loco eoꝝ exaltauit. Itē depoſuit deus potētes iudeos q̄ erāt in lege. ⁊ ꝓphetꝭ potētes dimittēs eos ex ſuo demerito in ꝓfundo erroris. ⁊ exaltauit hūiles .i. gentiles hūiliter ⁊ deuote predicatōi apl'oꝝ inſiſtētes. ꝓut expoſuit Ly. Vel ꝑ potētes accipi pn̄t. ſm aliā glo. Seruientes mōdo ꝓncipes tyrāni ⁊ oēs potentes in malis q̄s deꝰ eiecit ꝑ filiū ſuūꝫ q̄ in carne aſſumpta iudicaturꝰ eſt orbē terre. ⁊ exaltat hūiles .i. hūiliter deo ſeruientes. qm̄ oīs qui ſe exaltat hūiliabit̄. ⁊ q̄ ſe hūiliat exaltabit̄. Jō dt Beda venerabil'. Depoſuit dn̄s potētes de ſede ⁊ exaltauit hūiles: qꝛ ꝑ oēs ſeculi gn̄ationes nō ceſſāt perire ſupbi: nec ceſſant hūiles in ſancta fide conuerſantes exaltari. Hec ille. Si q̄ras: q̄d pertinet ad btām virginē in iſto cantico gl'iari. ⁊ gaudere de hoc. vic̄ꝫ ꝙ depoſuit potētes de ſede ⁊ exaltauit hūiles. Ad hoc rn̄det̄ ꝙ merito ipſa bn̄dicta ꝟgo gl'iat̄ de ſupboꝝ deiectōe ⁊ humiliū exaltatōne: qꝛ in ea ⁊ ꝑ eā deꝰ efficaciſſime edocuit in iſta. vic̄ꝫ incarnatōne ſupbiā calcandā ⁊ hūilitatē amplectendā. ⁊ hoc in tribꝫ. Primo ī h̄ ꝙ deꝰ ſe in ipſa ſūme hūiliauit. Nā qꝛ hūilitas eſt ꝟtus regalis. ſm Bern̄. Ex ſcala celeſtꝭ: decebat vt deꝰ qui oīm ꝟtute pleniſſimꝰ eſt hūilitatꝭ ꝟtutē doceret. ⁊ manifeſtaret in ſeip̄o: q̄đ fecit qn̄ in vterū ꝟginis deſcēdit. ⁊ cū eſſet dn̄s oīm factus eſt ſuꝰ oīm: hūilians ſe vſqꝫ ad noſtre carnis fetidū lutū: ⁊ qđ maiꝰ eſt vſqꝫ ad penam ⁊ mortē latronū ⁊ petōꝝ. Phil'. ij. Exinaniuit ſemetip̄m formā ſerui accipiens ⁊ habitu inuentꝰ vt hō. hūiliauit ſemetipꝫ factus obidiēs vſqꝫ ad mortē. Hec ibi ¶ Scđo Edocuit chͥs ſupbiā calcandā. ⁊ hūilitatē amplectēdā in ꝟgīe in eo ꝙ hūilitatē exaltauit ſup̄ oīa excellētiſſime cū noſtrā vilē naturā ⁊ hūillimā. vtpote que de limo terre eſt ſup̄ oēs angelos vſqꝫ ad dexteraꝫ dei ſublimauit. ⁊ hūillimā illā virginē matrē ſup̄ oēs angelos ⁊ hoīes dignificauit. O magna virtus hūilitatꝭ que ſic meruit exaltationē. Vn̄ vbi ſupra ſubdit apl's Propter qđ ⁊ deus exaltauit illū ⁊ dedit ⁊c̄. Tertio Edocuit in eo ꝙ ſupbos angelos. vic̄ꝫ ⁊ iudeos ꝓ magna ſui parte irdānabiliter dimiſit: ac hūiles .i. electōs apl'os .i. diſcipulos q̄ fuerūt abiecti ſm mundū fructu incarnatiōis potētes fecit. qm̄ vt ſcribit̄ .j. Coꝝ .j. Infirma mūdi elegit deus vt cōfundat fortia. Merito ḡ Maria de hoc gloriat̄ in cantico. O igit̄ ſuperbi penſate diuinū iudiciū. Quia depoſuit potentes de ſede ⁊c̄.

¶ Capitulū. X.

Decima ſtella dꝛ refectio .ſ. fideliūꝫ. Vn̄ dt. Eſuriētes impleuit bonis ⁊ diuites dimiſit inanes. Baſiliꝰ Eſuriētes ſunt gerētes diuinā grāꝫ deſiderādo toto corde eſurientes: q̄s chͥs īpleuit bonis ſpūalibꝫ. Diuites ſc̄ btitudinē in terenis ⁊ carnalibꝫ ponētes: ꝓut erāt .ſ. mlti ph̄i antiq̄ ⁊ epicuri q̄s chͥs dimiſit inanes ⁊ vacuos: qꝛ dicēte apl'o. deū nō gl'ificauerunt. ſed euanuerūt in ſua ſapīa. Sed diceres Quid h̄ ꝑtinet ad btām ꝟginem gl'iari tāq̄ꝫ ſi ī ipſa hoc factū ſit ꝙ deꝰ eſuriētes ipleuit bonis. Rn̄det̄ ꝙ ideo h̄ ꝑtinet ad ip̄am: qꝛ deꝰ ex ipſa ſūpſit carnē ⁊ ſāguinē quā fidelibꝫ ꝓſtituit ī cibū ⁊ potūꝫ ſalutꝭ et̄ne. ⁊ ꝑ huiꝰ ſumptōꝫ replet dꝰs oēs eſuriētes vitā et̄nā bōis celeſtibꝫ. ip̄o xp̄o teſtes dicēte Qui mādu cat meā carnē ⁊ bibit meū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſanguinē in me manet ⁊ ego in eo Joh.vj.idcir
co btā virgo de hoc gl'iat̄:q꞉ ex ipa ſumpſit chri
ſtus qd̄ donauit in eucharistia.

Capitulū. XI.

Vndecima ſtella dr̄ ſuſceptio.ſ.electoꝝ
Vn̄ dicit Maria. Suſcepit iſrl' pueꝝ
ſuū recordat' miſcdie ſue. Suſcepit i/
quā iſrael pueꝝ. Glo.tā꜓ humilē ⁊ obedientē
purū ⁊ caſtū:q notant̄ in hoc ꝙ dr̄ pueꝝ:ex con
ditione pueri:vt ſignificet̄:q꞉ tales ſuſcipit de'
in grām.iuxta illud Mat.xviij. Niſi cōuerſi fu
eritis ⁊ efficiamini ſicut paruuli:nō introibitis in
regnū celoꝝ. Sed quō btā virgo de hoc glori/
atur q̄ſi per ipſam:vel in ipa ſit hoc a deo factū
Rn̄det̄ ꝙ erḡ deus ex ipſa ſuſcepit hūanā natu
rā ſiue carnē noſtrā in q̄ patiendo nos redemit
⁊ celū aperuit nobis ac reſtituit.ideo ꝑ ipam di
cunt̄ merito ſuſcepti in fraternitatē chriſti.⁊ co/
gnationē dei atq꞉ in grām ⁊ gl'iam:vt ſint here/
des q̄dem dei.coheredes aūt chriſti. iuxta v̄bū
apl'i Rom.viij. Vn̄ merito de hoc btā v̄go glo
riando grās agit in pſona totius generis hūa/
ni Proinde Anſ. O beata Maria q̄ntum tibi
debem':q꞉ per te talē ⁊ tantū fratrem. id ē chri/
ſtum deū habem':per te hereditatē celeſtē ad/
epti ſumus.

Capitulū. XII.

Duodecima ſtella dr̄ cōpletō.ſ.ꝓmiſſo
rum diuinoꝝ. Vn̄ dr̄ Recordat' miſe
ricordie ſue. Sicut locut' eſt ad pr̄es
noſtros Abraā ⁊ ſemini eius in ſecl'a .i. in eter/
num.hoc ideo dr̄:q꞉ ꝓmiſſio dei de ſuſceptōne
hūane nature in chr̄o ꝑmanebit in eternū:cū ca
ro hūana in ſempiternū vnita diuinitati ꝑma/
neat. hec Lyra Notāter etiā dr̄ Abraā ⁊ ſemini
eius:q꞉ deus ſpēaliter fuerat locut' ⁊ ꝓmiſerat
ipſi Abrae chr̄m quando ad preceptum dei vo
luit immolare filium ſuū Gen̄.xxij. di. Per me
metipm̄ iuraui dicit dn̄s. Mltiplicabo ſemen
tuū ſicut ſtellas celi:⁊ ſicut arenā que eſt in lito
re. Et infra. Bn̄dicent̄ in ſemine tuo oēs gētes
terre.eo ꝙ obediſti voci mee. In quo verbo fa/
cta eſt ꝓmiſſio de chr̄o ex ſemine Abrae oriun/
do ſc̄m carnem. In ipſo em̄ ſemine Abrae.id eſt
in chr̄o omnes gentes.i. aliq̄ de oībus gentibꝫ
⁊ ſic oēs electi bn̄dictionē conſecuti ſunt ſalutis
eterne q̄s chr̄s in iudicio bn̄dicet realiter.iuxta
illō Mat.xxv. Venite bn̄dicti pr̄is m. ⁊c̄. Hoc
autē completū eſt in Maria que chr̄m deum
genuit. ideo gaudēter ⁊ glorioſe gratias agit in
cantico de hoc. O ergo feliciſſima:o gl'ioſiſſima
Maria: quid tibi laudis offeram' cum per te
tot ⁊ tanta bona habemus. O ſi tunc affuiſſem
tibi laudanti: vti꜓ genuflexo deuote acclamaſ
ſem. Magnificat aīa mea dn̄m: in ſe ⁊ in te o
ſuper bn̄dicta Maria.

Articulus tertius ꝙ vtile eſt canticū Marie
reuerenter audire in veſpis vel dicere.

# Tertiū myſteriū

de hoc cantico Marie dicit̄ vtilita
tis Nimiꝝ q̄ꝫ vtile ſit homi ad ho/
norem Marie deuote ⁊ reuerēter
audire vel ꝓorare ⁊ dicere canticū Marie oſtē/
ditur tripliciter.

Primo ex ipſius cantici verbis.
Scdo ex rōne v̄tualis incluſiōis.
Tertio ex factis miraculis.

Primo ex ipſius cantici v̄bis. Naꝫ ſi penſam'
verba ipſa compim':q꞉ ibi ꝓmittit̄ pctōribꝫ mi
ſericordia:cum dr̄. Et miſcdia eius a ꝓgenie in
progenies. Itē humilibꝫ ꝓmittit̄ exaltatio cele/
ſtis.ibi. Depoſuit po.de ſe.⁊ exal.hu. Et ſalutē ſi
tientibꝫ ſatietas diuia.ibi. Eſurientes impleuit
bo. Et oībꝫ bonis felicitas eterna.ibi. Suſcepit
iſrael pueꝝ ſu.⁊c̄. Scdo oñditur ex rōe v̄tu/
alis incluſionis:q꞉ in ipo cantico v̄tualit̄ ⁊ im/
plicite includit̄: tam oro dñica q̄ꝫ ſalutatio an/
gelica:q̄ ſunt vtiliſſime orones.ſicut de hac vir
tuali incluſione notat Antonin' floren̄.in ſum
ma ſua. Nam pater nr̄ q̄ es in celis:ↄcordat cū
hoc. Magnificat aīa mea dn̄m.i.patrē celeſtē
⁊ prima petitio. Scificet̄ nomen tuū: includit̄
ibi. Sctm̄ nomē eius. Scda. Adueniat regnū
tuū.ibi. Exultauit ſpūs me' in deo ſalutari.q̄a
hec eſt vita eterna.ſ.regni dei:vt cognoſcāt te de
um ⁊ quē miſiſti Jeſum Joh.xvij. Tertia peti
tio. Fiat volūtas tua ſicut ⁊c̄.ibi. Depoſuit po/
ten.de ⁊c̄.q꞉ volūtas dei in celo ē.vt rōnal' crea
tura i oīb꞉ ſubijciat̄ deo:a qua volūtate auerſi
angeli depoſiti ſunt de ſede celeſti:⁊ hūiles ho/
mines in locū eoꝝ exaltati. Quarta petitio:
Panē noſtrum q̄tidianū ⁊c̄.ibi. Eſurientes i/
ple.bo. Quita:⁊ dimitte nobis deb.⁊c̄.ibi. Et
miſcdia eius:ꝑ quā dimittūt̄ debita:a progenie
in ꝓge.ti.⁊c̄. Sexta:⁊ ne nos inducas.ibi. Fecit
potentiā in brachio.i. chr̄o:ꝑ quem fideles po/
tenter defendunt̄ in oī temptatione. Septia:ſed
libera nos ⁊c̄.ibi. Suſcepit iſrl' ⁊c̄. Sicut locu.
eſt ⁊c̄. Hec eſt em̄ illa libertas:excluſio oim̄ ma
loꝝ quā ꝓmiſit deus Abrae ⁊ ſe.ei.in ſe. Itē
Aue maria.i.ſine ve: includit̄.ibi. Magnificat
aīa mea dn̄m Gr̄a plena.ibi. Exulta.ſpi.me.⁊c̄
Dn̄s tecū.ibi. Salutari meo.q̄a reſpexit ⁊c̄. Be
nedicta tu in mlī'eribꝫ.ibi. Ecce em̄ ex h̄ btā ⁊c̄.
Et bn̄dictus fruct' ventris. ibi. Quia fec̄ mihi
ma.⁊ ſic de alijs. Ecce q̄ vtilitas v̄tualis inclu/
ſionis hui' cantici. Tertio:oſtendit̄ ex mira/
culis. Ad id facit miraculū de q̄dam monacho
Joſtio noie:qd̄ habet̄ li.vj.ꝑte.ij.ar.vlti.in fine.
Itē refert Anſ.li.miraculoꝝ ꝙ ipſemet cū dolo
rē mltū pateret̄ in pede ex ſpaſmo ⁊ paralyſi:ob
deuotionē v̄ginis cepit conari.vt erect' ſtaret
ad officiū v̄ginis ⁊ ꝑ ↄſequēs etiā ad Magni
ficat. qd̄ cum facere cepiſſet ſanitatē ↄſecut' eſt.
Recolo etiā me audiſſe ꝙ cum in quodam lo/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

co fratres deuote dicerēt Magnificat:viſum eſt
btām virginē ex altari deſcēdere ⁊ ſingulis fratꝝ
ſuū Jeſum q̄ſi paruulū ad oſculandū offerre:in
q̄ mira ſuauitate reficiebant oēs. Itē refert di
ſcipulus in ꝓmptuario φ in Hiſpania in q̄daꝫ
domo Ordis Ciſtercieñ. q̄dā monachꝰ iuuenis
in obſequio btē v̄gis feruēs ⁊ deuotꝰ ita erat in
tentus in eius horis ⁊ ꝑ cōſeq̄ns etiā in hoc can
tico Marie: vt nō in ſingulis v̄ſibus ſed in ſin
gulis verbis memoriā ipſiꝰ haberet. Sicq̄ꝫ .xvij.
annis ſtans in ordie: tandē infirmatꝰ ad mortē:
ecce btā Maria eū viſitauit ⁊ predixit eidē φ die
ſeptimo ad dn̄m Jeſum foret migraturꝰ. Addi
ditq̄ꝫ di. Quia ꝑ cuncta mihi ſeruiuiſti intētiꝰ: fa
ciam tibi qđ nulli alij feci. et āngēs brachijs col
lū: oſculū ei dedit ac eū bn̄dixit et euanuit. Hec il
le ſeruitori inſtāter req̄renti enarrauit. Die auteꝫ
ſeptima cū appropinq̄ret ad exitū ſicut erat ei ꝑ
dictū: apparuit ſibi btā Maria: vidente Priore
domus: cum multitudie ſctōꝝ ⁊ angeloꝝ. Et ſic
dulciſſima viſiōe ⁊ allocutiōe ꝯſolatꝰ feliciť mig
uit ad chriſtuꝫ. Ecce igiť q̄ꝫ bonū eſt ſeruire Ma
rie. Oēs ḡ chariſſimi ei deſeruiamus tam in hoc
cantico deuote dicendo q̄ꝫ in alijs: vt cum ea in
celo gaudeamus.

Incipit Liber tertius de myſterio puri
ficationis beate Marie.

# Tertius Liber de

myſterio purificationis btē Ma
rie diuidiť in q̄ttuor ptes. Pri
ma pars de huius purificatiōis
Marie ſolēnitate. Scđa de be
ate Marie martyrio: gladij q̄ꝫ doloroſitate. de q̄
h̄ ꝓpterea agiť: q̄ꝛ circa tp̄s purificationis de hoc
martyrio ꝑ Symeonē eſt ꝓphetatū dicentē. Tuā
ipſiꝰ aīam ptrā. gla. Tertia ps de gladij Ma
rie ⁊ doloris ꝑcellēti acerbitate. Quarta pte cō
dependenter adiūgeť ſub alio ꝓceſſu de planctu
Marie: pſeq̄ndo illud euangeliū Joh. Stabat
iuxta crucē Jeſu mater eiꝰ ⁊c̄. Potes etiā occaſi
one huius purificatiōis iuehere ꝑdicādo de pu
ritate vel virginitate Marie. de q̄bꝫ habes ſpeci
ali libro: ideo h̄ pretereo.

Pars prima de Purificationis Marie ſo
lenni myſterio.

# Impleti ſunt dies

purgationis Marie ſm legē Moyſi
et tulerūt Jeſum in Hieruſalē vt ſiſte
rent eum dn̄o. Lu. ij. et in euangelio huius ſolē
nitatis. Nimirū dies hec ab oībus chriſticolis
deuote debet celebrari ſi bn̄ aduertimus. Tū q̄ꝛ
hodie eſt feſtū beate Marie. Tum q̄ꝛ eſt etiā fe
ſtum dn̄i Jeſu. Tum deniq̄ꝫ q̄ꝛ eſt feſtū letifica
tionis ſanctaꝝ aiaꝝ. Primo inquā eſt feſtū
btē Marie. q̄ꝛ hodie ſm legē Moyſi ad purifi
cationē acceſſit: licet nō tenebať nec indigebat vt
infra diceť. Et iō dies hec đꝛ purificatio Marie.
Scđo q̄ꝫ eſt feſtū dn̄i Jeſu. q̄ꝛ hodie oblatꝰ ē
in tēplo deo patri: cuiꝰ erat filius ab eterno. ꝓpter
quod etiā hodie cādelas cōſecratas manibꝫ por
tamus. et ob hoc đꝛ hec dies Candelaria feſtiui
tas: ad ſignificandū φ chr̄s deus manibꝫ virgi
nis Marie hodie ſit apportatꝰ in Hieruſalem ⁊
ad tēplū offerēdus: qđ cādela cerea ſignificat. q̄a
ſicut cera ab apibꝫ ſine cōmixtione ⁊ pollutiōe ꝓ
ducit: ita caro chriſti ex pura virgine ſine corru
ptione eſt cōcepta ⁊ genita. Tertio hodie eſt fe
ſtū exultatōis ſanctaꝝ aiaꝝ. q̄ꝛ hodie cum leti
cia ſctūs Symeō ⁊ ſctā Anna obuiauerūt chr̄o
et ip̄m deū ⁊ ſaluatorē laudantes cū ſacerdotibꝫ
offerendū ſuſceperūt. In cuiꝰ ſignū hodie eccl'ia
ꝓceſſionē agiť. Et idcirco đꝛ h̄ feſtū tertio nomie
Ipapanti: ab Ipa qđ eſt ire: et anti qđ eſt obui
am. Inſuꝑ hodie ſcti patres in limbo exultaue
runt: audientes chr̄i aduentū a ſancto Symeōe
decedēte ⁊ eis nūciante. Preterea gaudebat ho
die deꝰ pater de ſui filij oblatiōe. Itē gaudebant
angeli circūdantes chr̄m dn̄m ⁊ bn̄dictā eiꝰ ma
trē. Et ideo gaudet etiā eccl'ia canens in miſſe in
troitu illud pſ. xliij. Suſcepimꝰ deus mi. t. i. me
tem. tui. Quod pōt eſſe aliud thema. Vn̄ de hac
gaudioſa purificatiōis ſolēnitate acturi: tria my
ſteria notabimus.

Primū diciť myſteriū cōgruitatis.
Secundū đꝛ myſteriū exemplaritatis.
Tertium đꝛ iocunditatis.

Articulus ꝑmus φ btām dei matrē Mariā
cōgruebat ſuſcipe ſacrm̄ purificatiōis ſm legem
Moyſi: q̄ꝫuis ad id nō obligareť.

# Primum myſteri

um de purificatione Marie đꝛ Con
gruitatis. Ubi q̄ſtio eſt Utrū congru
ebat btām dei matrē v̄ginē ſuſcipe legalis ſacra
mentū purificatōis. Et ad hāc q̄ſtionē rn̄deť ſm
ſacros doc. ꝑcipue Fran. maro. ꝑ duas cōcluſio
nes. Prima cōcluſio φ btā Maria dei mr̄ vera
legi purificationis nō erat obligata. Et h̄ oſtēdiť
triplici ratione.

Prima ratio ex parte ꝓlis.
Secūda ratio ex pte matris.
Tertia ratio ex pte legis.

Prima ratio ex pte ꝓlis. i. chr̄i q̄ erat ſupra legeꝫ
Mat. xij. ca. Dn̄s eīm eſt ſabbati filiꝰ hoīs. iō ſic
nec filiꝰ: ita nec mr̄ obligať. Scđa rō ex pte ma
tris. q̄ꝛ ip̄a fuit v̄go puriſſima ⁊ ſine oī pctō: atq̄ꝫ
ſine oī ſorde ⁊ feditate pepcrat chr̄m: vt dicit Leo
papa i ſer. de natiuitate dñi. Ab hac natiuitate de
eſt illud qđ de oībꝫ legiť. Nemo mundus a ſor
de: nec infans cuius eſt vniꝰ diei vita ſuꝑ terraꝫ.
Nihil in iſtā ſingularē natiuitatē de carnis cōcu

piſcētia tranſiuit:nihil de pctī lege manauit. Nec
alle.ideo nō obligabat. Tertia rō ex pte legis.
qꝛ iſta lex purificationis poſita erat ſub cōditiōe
Mlier inqt ſi ſuſcepto ſemie pepererit ꝛc̄. Leui.xij
Et ideo nō obligabat matrē q̄ nō ſuſcepto ſemie
ſed ſpūſſancti ſpiramie concepat ꝛ pepat. Et ſic
patet. Scđa ꝯcluſio ꝙ mater dei q̄uis nō in-
digebat nec tenebat:tm̄ decebat vt ſacrm̄ purifi-
cationis legꝭ Moyſi ſuſciperet. Et hoc oſtendit tri-
plici ratione.

Prima ratio diuine honorificationis.
Secunda ratio diabolice cōfuſionis.
Tertia ratio humane edificationis.

Prima rō diuine honorificatiōis.quia ſpūſan-
cto docēte nouerat btā Maria h̄ fore ad dei ho-
norē duplr. Prio q̄dē qꝛ legē a deo datam per
Moyſen tanq̄ bonā ꝛ verā cōfirmabat: cū ipſi
legi obediendo venerabat ipſam. ſicuti ꝛ chriſtꝰ
q̄ circūciſione nō indiguit ꝛ tm̄ ſuſcepit ꝓ legꝭ ho
nore:ita eiꝰ tm̄ exēplo chr̄i edocta hoc legis ſacra
mento legē honorauit. Scđo q̄ꝫ hoc erat ad dei
honorē ꝛ chr̄i manifeſtationē: cū btā mater cēle-
bat in hoc ꝓphetias diuio ſpū p̄dicatas adipleri
Sed di. Quales ꝓphetie in h̄ iplebant? Rūde-
tur ꝙ Prio ꝓphetia Aggei.ij.ca.vbi habet.ꝙ cū
Zorobabel reedificaſſet templū dei deſtructuꝫ ꝑ
Babylonios:factū eſt v̄bū dn̄i ad Aggeū ꝓphe-
tā ꝛ dixit. Quis in vobis relictꝰ eſt q̄ vidit domū
iſtam in gloria ſua p̄ma. Adhuc modicū ꝛ veni-
et deſideratꝰ cunctis gētibus: et implebo domū
iſtā gloria dicit dn̄s. Magna erit glīa domꝰ iſti-
us nouiſſime.ſ.reedificate plus q̄ꝫ p̄me.ſ.edifica-
te ꝑ Salomonem. Modo ſm̄ expoſitores do-
ctores hec oīa impleta ſunt p̄cipue in iſta purifi-
catione.qꝛ tūc venit deſideratꝰ cunctis gentibꝫ.i.
chr̄s manibꝫ maternis portatꝰ in templū iſtud.
Vn̄ multiplr fuit maior glīa iſtiꝰ domus vltio
edificate q̄ꝫ p̄me. Qđ patet Primo. qꝛ in iſta fu
it mater dn̄i educata:ſm̄ Hiero. Scđo q̄ ibi
voto virginitatꝭ fuit conſecrata deo. Tertio qꝛ
miraculoſe deſpōſata ibi fuit mater dei. Quar-
to ab angelis ibi fuit freq̄nter viſitata. Quinto
ibi dn̄s Jeſus dei filiꝰ oblatus ꝛ ſpū ꝓphetico a
Symeone ꝛ Anna manifeſtatꝰ. Sexto. qꝛ ibi
in medio doctoꝝ inuentus. Septimo.quia ibi
multotiens docuit ꝛ mirabilia fecit. Itē ad id
eſt alia ꝓphetia tunc impleta.ſ. Malach.iij. Ecce
ego mitto angelū meū.i. Johannē baptiſtā q̄ dꝛ
angelꝰ non natura ſed officio Math.xj.ca.ſeq̄-
tur. Et ſtatim veniet ad templū ſuū dn̄ator quē
vos q̄ritꝭ.qꝛ chr̄s ſtatim poſt Johannē manife-
ſtādo ſe venit in tēplū ꝛ iudeā ꝑ p̄ſentiā corꝑaleꝫ
Scđa rō diabolice cōfuſionis.qꝛ nouerat be-
ata v̄go ꝙ hoc deceret facere vt ad purificatiōis
legē accederet ꝓpter cōfuſionē diaboli:ꝓ eo ꝙ ſic
chr̄i diuinitas ꝛ btē Marie v̄ginitas celabat di-
abolo:ne hūana redēptio impediret ab ipo. Qđ
declarat.qꝛ ſm̄ Iſido. ꝛ cōiter doctores.ſi diabo-

lus certitudinaliter agnouiſſet chr̄m:nunq̄ꝫ cru-
cifigi dei filiū ꝑ iudeos ꝓcuraſſet:ne ſua poteſta-
te contrita hō redemptionē habuiſſet. Sed ſi be-
ata Maria nō iuiſſet ad purificatiōeꝫ:debuiſſet
ſe manifeſtare ꝙ poſt partū foret v̄go. et ſic ino-
tuiſſet hoībꝫ ꝛ diabolo filiū ſui diuitas:iuxta il-
lud Eſa.vij. Ecce v̄go cōcipiet ꝛ pariet filiū ꝛc̄.
Sed di. Nunq̄d diabolus potuit hoc cogno-
ſcere aliūde ꝙ Maria poſt partū non eſt corru-
pta? Rūdet ſm̄ Tho.iij.pte ſumme.q.ix. ꝙ hoc
diabolus v̄tute ſue nature potuiſſet cognoſcere:ni-
ſi ꝓhibitꝰ fuiſſet. Vn̄ Augꝰ.iij.de trini.dꝛ. Diabo-
lus mlta pōt v̄tute ſue nature a q̄bꝫ ꝓhibet v̄tu-
te diuina. Prohibebat ḡ a deo cognoſcere moduꝫ
partꝰ diuini ne redēptionē hūani generis impe-
diuiſſet ſi hoc cognouiſſet. Prohibebat etiā vir-
gini appropinq̄re ab angelis eam cuſtodientibꝫ:
ſm̄ illud Can.iij. En lectulū Salomonis.lx.for-
tes ambiūt:ꝛ vniuſcuiuſq̄ꝫ enſis ſuꝑ femur ſuū
ꝓpter timores nocturnos. Lectulus ei veri Sa-
lomonis.i.chr̄i eſt mater v̄go:in q̄ nouē mēſibꝫ
q̄euit.hanc multi angeli ambierunt obſeq̄oſe cu-
ſtodiētes ꝛ demonū incurſus repellentes. Et ſic
patet. Tertia rō humane edificationis. qꝛ ho-
mines ex hoc plīmū edificabant dupliciter. Prio
q̄dem qꝛ iudeis ſcādalū tollebat.ne dicere potu-
iſſent ꝙ ideo chriſtū nō deberēt recipe qꝛ legē nō
obſeruaſſet. Scđo qꝛ fidelibꝫ exēplū humilitatꝭ
et puritatꝭ amāde ꝛ ſectāde ꝓponit:vt doceamur
ꝙ niſi fuerimꝰ purificati a pctīs:regnū dei intra-
re neq̄bimꝰ. Vn̄ Apoc.xxj. Nil coinq̄natū intra-
bit in illud.ſ.celeſte regnū. Vn̄ cū ipſe chr̄s puri-
ſimus fuerit:tm̄ ſiſtit in templū deo ſm̄ legē puri-
ficatiōis. Sed di. Cū chr̄i hūanitas fuerit deo
ſꝑ p̄ns:qꝛ vnione ꝑſonali ſibi cōiūcta. quō ḡ dꝛ
ſiſti ſm̄ glo.i.p̄ſentari vl offerri:aut ꝯſecrari do.
Rūdet ſm̄ Athanaſiū ꝙ licet chr̄s ſm̄ hūanita-
tē fuerit deo ſꝑ p̄ns:tm̄ hn̄ dꝛ ſiſti.i.p̄ſentari.ſ.ſm̄
legalē cerimoniā in tēplo offerēdo. vt ſic ei antea
p̄ſentatꝰ nō fuerat. Et h̄ fecit chr̄s potiſſime ꝓ no-
ſtre ſalutꝭ inſtructiōe:vt nos diſcamꝰ quō deo p̄-
ſentari debeamꝰ purificati a pctīs: vt patebit. Et
ſic nō ꝓpter ſe idigēdo hoc fecit chr̄s:ſed ꝓpt nos
O igit fidelis aīa diſce deū diligere ꝛ honorare
in ſuis p̄ceptis:et chr̄m ac eius matreꝫ imitari in
puritate ꝓ celeſti gloria adq̄renda.

Articulus ſecundus ꝙ exēplū multiplicis vir-
tutis p̄buit nobis Maria in ſuſceptione ſacra-
menti purificatōis:et ſimilr p̄bet in lege ꝛ ſancto
Symeone vt patebit.

## Secundū myſteri-

ſ
um circa hanc ſolennitatē purificatio-
nis declarandū dꝛ exēplaritatis. Vbi
aduertendū ꝙ in hac ſuſceptiōe purificatiōis le-
galis dat nobis exemplū ſalutis triplr.
Primo in ipſa purificationis lege.

# Articulus II

Secundo in ipſa dñi matre.
Tertio in ſancto Symeone.
Primū q̃tum ad incipiētes. Scdm q̃tū ad pfi
ciētes ꝛ pfectos. Tertiū exēplū q̃tū ad deuotos
Prio itaqꝫ dat nob exemplū ſalutiſ i ipſa lege
purificatiōis. Nā querit cur deꝰ ſic inſtituerat le/
gē purificatiōis. Rñdet ſm fran. maro. ꝛ cōiter
doct. ꝙ Prio ꝑpter ꝑmogenitoꝝ oblationē deo
fiendā ꝛ grarūactionē quā deꝰ voluit in figurā ꝛ
recognitionē ꝙ oīa bona nobis a deo ꝓueniūt.
Scdo ꝑpter noſtre purificatiōis inſtructionē: vt
pctm̄ hoī deteſtandū ꝛ abominādū atqꝫ redimē
dū ꝛ expurgandū doceret. Idcirco in ve. teſt. iſti/
tuerat iſtā legem purificatiōis in q̃ plura ꝑcepta
cōtinebant. Primū erat ꝙ mulier q̃ ſuſcepto
ſemie pariebat maſculū debebat cū filio manere
immūda. vij. diebꝫ: ita ꝙ nullus ei cōicare pote/
rat in cibo vel potu vel lecto. ſed erat ſuſpenſa a
cōſortio hoim ꝑpter fedā cōceptionē: nō ſine pec/
cato. qꝛ in actu matrimoniali decurſu cōi eſt ali/
qua libido inordinata: vt hec dr Lyra. Scdm
ꝑceptū erat ꝙ īfantulus octauo die debebat cir/
cūcidi. et ſic ab origiali pctō mūdabat. et tūc mu/
lier illa efficiebat mūda q̃ ad cōſortiū hoim. ſed
erat imūda q̃ ad ingreſſum tēpli. et vſqꝫ ad. xxxiij
dies a die octaua debebat ſic manere ꝛ reputari
imūda. Tertiū preceptū erat ꝙ die q̃dragēſi/
mo ſic completo a die partꝰ cōputando debebat
mulier venire cū ſuo filio ad oſtiū tabnaculi vel
tēpli: et puer offerebat in manꝰ ſacerdotiſ. Sacer
dos q̃ꝫ dportās circa altare: deo grās agēs ꝓ da
to puero ꝛ eiꝰ anie creatiōe q̃ a ſolo deo eſt: leua/
bat corā dño. Quartū ꝑceptū de pueri redem/
ptione a ſacerdotiſ manu qnqꝫ ſiclis. Fuit aūt ſi/
clus moneta valens obolos viginti. Hoc autē
ſic ꝑcipiebat ꝙ ſi puer fuiſſet ꝑmogenitus de tri
bu Leui: nō redimebat. ſed veniēs ad etatē adul/
tā: ſp in tēplo ſeruiebat dño. Si vo fuiſſet puer
de alia tribu q̃ꝫ Leui ꝛ ꝑmogenitus: redimebat
qnqꝫ ſiclis argēti. Quintū ꝑceptū. Si ipa mu
lier fuiſſet diues intantū ꝙ poſſet hr̄e agnū an/
niculū imaculatū ꝛ pullū colūbe aut turturē of/
ferre debebat. Sin aūt ꝑpt paupꝑtatē: ſufficiebat
et debebat offerre tm̄mō par turturū: aut duos
pullos colūbaꝝ. Sed q̃ritur q̃re iſta volatilia
offerebant. Rñdet quia caſtiora ambo. vicꝫ tur
tur ꝛ pulli colūbaꝝ: nō colūbe. Sicqꝫ ſua obla
tione ſe peccatricē cōfitebat. et ſacerdos ꝓ mulie/
re orabat. et ſic mūdabat. Sextū ꝑceptū i ipſa
lege purificationis erat. ꝙ ſi mulier pepiſſet femi
nā duplicari debuit tp̄s q̃ reputaret immūda tā
q̃ ad cōſortiū hoim q̃ꝫ q̃ ad ingreſſū tēpli. Sed
forte q̄ris q̄re hec lex magis grauauerit parientē
feminā q̃ꝫ parientē virū: Rñdet ꝙ ſm ſctōs tri/
plex rō aſſignat. Prima rō naturalis. Scda ra/
tio moralis. Tertia rō theologicalꝭ. Prima ra/
tio naturalis. qꝛ ſm phos q̃bꝫ etiā cōcordat Au
guſt. corpꝰ maſculi in vtero. xl. diebꝫ organizat et
pficit: atqꝫ tūc vel circa anīa creādo īfundit. Cor/
pus vo feminē in. lxxx. diebꝫ pficit ꝛ ꝓtūc aīa in/
fundit. Vñ ſicut aīa maſculi. xl. die infuſa: macu
lā originalē cōtrahit. ſic. xl. die tēplū materiale dei
ingreſſa cū hoſtijs expiabat eiꝰ genitrix. Et ſicut
anīa femīe. lxxx. die maclat pctō qñ et īfundit: ſic
lxxx. die dei templū ingrediens expiata deo offer/
ret. Scda rō moralis. q̃a maſculus ſignificat
moraliter opꝰ bonū pfecte ꝛ fortiter factū. Femi/
na aūt ꝑpter debilitatē naturalis vigoris opꝰ im
pfectū ꝛ negligēter factū. Vñ hoc fuit ad ſignifi/
candū ꝙ q̃ pfectū opus parit: ſtatim die. xl. aduē
niente. i. termio ꝑſentiſ vite q̃ p. iiij. elemētoꝝ ꝛ q̃/
litatū cōplexiones currit: in tēplū celeſte introdu/
cit. Qui vo opus impfectū facit: tēpꝰ ei duplicat
qꝛ nō ſtatī poſt mortē in celū introducit: ſed ar/
debit prius igne purgatorij: vt dicit Augꝰ. et no
tat. xxv. diſt. Qui in aliud ſeculū. Sed ve illis q̃
ſteriles oīno repiunt in morte: qm̄ dicēte ſalua/
tore Math. vij. Ois arbor q̃ nō facit fructū bo
nū excidet ꝛ in ignē mittet. Tertia rō theologi/
calꝭ. qꝛ vicꝫ chrs aſſūpturꝰ erat carnē i ſexu virili.
et ideo ipm ſexū magiſ honorare voluit ꝛ ampli/
orē ei grām fecit vt et puer citius formaret in vte
ro ꝛ mater citiꝰ mundaret. Quarto pōt addi rō
iuridica ꝛ legalis. qꝛ qui plus vel magis pecca/
uit: plus puniri debuit. extra de pe. ꝛ re. Deus q̃.
et. xxiiij. q. j. Nō offeramꝰ. Item. ff. d penis. l. aut
facta. Sed quia in tranſgreſſione ꝑcepti mulier
plus peccauit ſm qd̓ dicit mgr in. ij. diſt. xxij. Nō
ſm Bonauē. verū eſt q̃tum ad pcti eſſentiā. ſ. li/
bidinem. qꝛ plus ambiuit dei ſcientiā q̃ꝫ vir. licet
q̃ntum eſt ex pte circūſtantiaꝝ que virum cōtin/
gūt vir plus peccauit. qꝛ. ſ. erat ſupior muliere et
fortior ac ſapientior: et ipſe ſciēter peccauit. Sed
vt dicit Deut. xxv. Pro mēſura peccati debet eſſe
plagaꝝ modus. Vñ mlier plus punita eſt. ſicut
etiam Geñ. iij. plus punita fore legit. Ad ꝑpo/
ſitū itaqꝫ redeuntes dicimus ꝙ lex iſta purifica/
tionis docet ſalutaria documēta ꝛ exēpla. Pri/
mo docet mulieres pariētes deuote accedere ad
purificationē poſt partū ſm cōſuetudinē ecclie:
nō tñ ſm obſeruantiā legaliū veteꝝ. qꝛ illa ceſſa/
uerunt in noua lege. ſed ſm eccleſie catholice iſti/
tuta ꝛ cōſuetudinē. vt. ſ. mulier poſt partū ꝓ ipſa
die purificatiōis ſue accedat ad eccliam: vt grās
agat de puero dato ꝛ de euaſione picli partꝰ ꝑ/
teriti. et vt cuſtodiat in ꝯcipiendo de futuro. Itē
interim caſta ꝛ icognita a viro ꝑmaneat: alꝭs in/
diſcretiſſime ꝛ irrōnabiliꝰ agit petens debitū con
iugale: q̃ꝫ quodcunqꝫ animal brutū. Sed q̃ſtio
orit. Utrū ꝓtunc mulieres infra completū tēpus
purificationis teneant ab ingreſſu eccleſie abſti/
nere. Reſpondet vt habetur diſt. v. Si mulier. ꝛ
extra de purificatione poſt partum. ca. vnico. ꝙ
mulier ſtatim poſt partum poteſt eccleſiam viſi/
tare ſi deuotio ſuadet et conſuetudo admittit. ſi
tamen ex veneratiōe aliq̃ꝫ diu abſtinere voluerit:

nõ eſt talis deuotio reprobãda: et cõſuetudo eſt cõmendãda. Et eadẽ rõne nec ſacra cõmunio eſt neganda puerpe. nec etiã mẽſtruate mulieri ꝗcũ⸗ꝗ tpe: niſi ex reuerẽtia abſtineret. diſt. v. Ad eius ꝟo. Scdo ex ꝑmiſſa lege purificatõis docent oẽs hoies ſpũaliter quõ a pctis purificari debe⸗ant. qꝛ Primo debet hõ pctõꝛ q̃ cõcepit dolorẽ ⁊ pepit iniq̃tatẽ, ꝑlem peſſimã recognoſcẽdo: imũ⸗dũ ſe reputare ꝑ contritionẽ. Scdo debet circũci⸗dere: a ſe abijciendo ꝓpoſitum peccãdi de cetero. Tertio debet ſe offerre ſacerdoti ꝑ cõfeſſionẽ tan⸗ꝗ peccatrix. Quarto debet facere redemptionẽ ꝑ ſatiſfactionẽ ⁊ ſui oblationẽ deo in ſacrificiũ mũ⸗dicie ⁊ laudis diuine. Nec vacat a myſterio ꝙ. xl. die templũ ingredit. qꝛ q̃dragenarius cõſiſtit ex quaternario i denariũ ducto: vt ſignificet obſer⸗uantia decem ꝑceptoꝝ cum ſcripꝭ euangeliſtaꝝ q̃tuoꝛ. Et ſic patet.

Capitulum. II.

Secundũ ſalutis exemplũ. ſ. virtuoſitatis nobis ꝓponit in ipſa bñdicta matre dñi: in q̃ nob ꝑbet exemplũ imitationis in tri⸗plici ꝟtute q̃ floꝛuit in hac purificatõe. Prima virtus eſt humilitas. qꝛ cũ nõ eſſet peccatrix: tan⸗ꝗ culpabilẽ ſe oſtendit ꝑ illas oblatiões: vt nob exemplũ daret culpãdi noſipſos. Vñ Greg. Bo⸗narũ mẽtiũ eſt agnoſcere culpã vbi nõ eſt culpa. Scda ꝟtus oblatio. qꝛ legi cui nõ tenebat obe⸗diuit: ad docendũ nos q̃tin⁹ multo magꝭ diuis ꝑceptis q̇bus tenemur obedire debeamus: qm̃ vt dicit Greg. Sola eſt obedientia q̃ fidei poſſi⸗det meritũ: qm̃ fides ſine opib⁹ moꝛtua ẽ. Ter⸗tia virtus eſt pauptas. qꝛ nõ elegit oblationẽ di⸗uitũ puta agnum: ſed paupeꝝ. ſ. par turturꝝ: aut duos pullos columbaꝝ. vt patet Lu. ij. Sed qꝛ ibi euãgeliſta nõ determiat: q̃rit ꝗ quod iſtoꝝ duoꝝ obtulerit: Rñdet ꝙ chriſt⁹ ꝓ nobis ege⸗nus factus: ꝓ ſe voluit offerri paupeꝝ hoſtiam: ſicut ⁊ vilib⁹ pãnis inuolui. ſed pullũ colũbarũ faciliori ꝑcio a paupib⁹ ꝓcurari poterãt. ꝗ veriſi⸗milit illos obtulerũt. Si obijcit: quia magi non diu añ purificationẽ obtulerũt munera. ſ. aurũ: thus ⁊c. Et veriſilẽ eſt ꝙ nõ modicũ auri vtpote moꝛe regio. Quare ꝗ ex his beata ꝟgo non emit agnũ: videt ꝙ legẽ offenderit. Rñdet ſm Fran. maro. ⁊ cõiter doc. ꝙ credẽdũ eſt oĩno ipſam vir⸗ginẽ nõ habuiſſe tãtũ pecunie vt agnũ emere po⸗tuiſſet. alꝭ eñ offendiſſet cõtra legẽ ſic ꝑcipientẽ. ſed oĩa illa a magis oblata regia munera paupe⸗rib⁹ iam erogauerat añ iſtud tpꝰ purificatõis. et ideo nõ habuit vñ agnũ emiſſet. In q̃ etiã do⸗cemur ad pietatem erga paupes et ad cõtemptũ mundanaꝝ diuitiaꝝ ꝓpter chr̃m. O mira Ma⸗rie hũilitas: pietas: ⁊ pauptas. De qua loquens deuot⁹ Bern. dr. O btã ꝟgo Maria: vere tu nõ habes cauſam nec tibi op⁹ eſt purificatiõe. Sed nunq̇d filio tuo opus erat circũciſione: Eſto tñ inter mulieres tanꝗ vna carũ. nã ⁊ filius tu⁹ ſic extitit in medio pueroꝝ: q̇ in natiuitate habuit ſe vt paup hõ: qꝛ natus in ſtabulo. in circũciſiõe vt paup ⁊ pctõꝛ hõ. ſꝫ hodie vt paup ⁊ pctõꝛ et ſu⁹ hõ. Ut paup: in eo ꝙ oblatiõeꝫ paupeꝝ elegit. vt peccatoꝛ: in eo ꝙ ipſe cũ mr̃e expiari voluit. vt ſer⸗uus: in eo ꝙ q̇nꝗ ſiclis ſicut ⁊ ceteri ꝑmogeniti redimi voluit.

Capitulum. III.

Tertiũ exemplũ nob ꝓponit in ſancto Sy⸗meone: q̇ vt ſacrũ loquit euangeliũ acce⸗pit dñm Jeſum in vlnas ſuas et bñdixit deũ. ſ. flexis genib⁹ letiſſimo coꝛde. Sed cur nõ dicit ꝙ accepit Jeſum i man⁹: ſed in vlnas: Re⸗ſpondet ꝙ ideo: qꝛ in vlnis ſeu brachijs amplex⸗ando tentũ delectabili⁹ inſpiat ⁊ ꝓpinqui⁹ coꝛ⸗di deſiderabili⁹ ponit. O dulce ꝟbuꝫ: ſed dulci⁹ factũ: accipere Jeſum in vlnas. O felices vlne q̇ Jeſum dulceꝫ merent ſuſcipe vel poꝛtare. Quid eñ beati⁹: q̇d iocũdi⁹ ⁊ ſuaui⁹ aie ꝗ Jeſum am⸗plecti: ipm̃ tenere: ipſi⁹ amoꝛe frui. In hu⁹ itaꝗ Symeonis ſci exẽplo docemur nos debere chri⸗ſtũ ſuſcipe in vlnas coꝛdis nr̃i: ibi eũ dulci deuo⸗tione amplecti ⁊ oſculari. O fidelis aĩa. O coꝛ deuotũ: cupis ne dulcẽ Jeſum ſuſcipe in vlnas. et ei⁹ dulci ſolatio: ei⁹ iocũdo amplexu medullit⁹ in coꝛde liq̇fieri: opoꝛtebit te hunc ſanctũ Syme⸗onẽ in exemplũ tibi ꝓpoſitum imitari: vt ſis talis q̃lis ipſe fuiſſe ſcribit in euangelio. Nota verba: ſigna myſteria. Ecce inq̇t hõ erat in Hieruſalem cui nomẽ Symeon: et hõ iſte iuſt⁹ et timoꝛatus expectans redemptioneꝫ iſrael: et ſpũſſanct⁹ erat in eo. Ex q̇b⁹ colligit ꝙ q̃tuoꝛ ꝑpua debemus in nobis habere vt digni ſim⁹ chr̃m i vlnas ſuſci⸗pere h̃ ꝑ gratiam ⁊ in futuro ꝑ gl̃iam. viꝫ pacẽ: iuſticiã: timoꝛẽ caſtũ: et ſanctũ amoꝛẽ. exẽplo ſci Symeonis. Primo pacem. quia teſte Ps. In pace factus eſt locus ei⁹. Qđ notat cum dr. Hõ erat in Hieruſalẽ: qđ interpꝛtat viſio pacis. Se⸗cundo iuſticiã q̃ reddit vnicuiꝗ qđ ſuũ eſt. ſicut dicit Tulli⁹. Nam teſte Ps. Juſticia ⁊ iudiciũ ꝑparatio ſedis eius. i. ꝑ iuſticiã ꝑpat coꝛ vt in eo ſedeat ⁊ reqeſcat de⁹. Hinc ⁊ Prouer. xij. In ſe⸗mita iuſticie vita. i. chr̃s. hoc notat cum dr. Et hõ iſte iuſtus. Tertio caſtũ timoꝛẽ. vnde ⁊ ſubdit. Et timoꝛat⁹. Proinde Bern. Sãcto inq̇t amo⸗re ⁊ caſto timoꝛe quaſi duob⁹ brachijs amplecti⸗mur chr̃m. Quarto ſanctũ amoꝛem. hoc notat cũ dr. Et ſpũſſctũs erat in eo. Vñ Ps. Ignis añ ipm̃ ꝑcedet. Bern. ſup hec verba dicit ſic. Opoꝛ⸗tet vt ardoꝛ deſiderij ꝑueniat oẽm aniaꝫ ad quã deus eſt venturus. Et tunc ſciat anima ꝑſentem ſibi eſſe chriſtuꝫ cum ſe illo igne ſenſerit calefactã Hec ille. O igit oẽs iracundi ⁊ a vera pace extra⸗nei. O oẽs iniuſti. O ꝑſũptuoſi peccatoꝛes deuꝫ non timentes offendere. O deniꝗ omnes a ſpiri⸗tuſancto alieni: imundi: vos ſupbi: vos auari: vos gulã ſectantes: et q̇cunꝗ ſcelerati: audite ve⸗ſtram ſententiã qꝛ non manet in vobis chriſtus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſed diabolus: qm̄ chr̄s non introibit in maliuo/
lam aiam: nec habitabit in corꝑe ſubdito pecca/
tis. vt ſcribit̄ Sap. ca. j. Uos aūt o pacifici: bea/
tiiuſti q̄ȝ et deū timētes ac grām ſpūſſcti tenētes
gaudete ⁊ exultate: qm̄ ſicut Maria ṽgo bn̄di/
cta filiū in vlnis portauit et ſancto Symeoni in
vlnas obtulit hodie: ita ⁊ in vlnas cordis veſtri
offerre ꝑ gratiam nō recuſabit. Nimirꝫ exorāti/
bus et eiꝰ ſuffragia implorātib9 iſta die purifica/
tionis miraculoſe cōpit̄ beata virgo ſubueniſſe.
¶ Miraculū ¶ Legit̄ enī in vita ſocioꝝ bti Frā
ciſci ꝙ q̄daȝ frater deuotꝰ cum ꝑ longū tp̄s ſub/
tracta grā merens ⁊ triſtis fleuiſſet. cū ꝑueniſſet
ad feſtū purificatiōis in heremitorio exiſtens ce
pit clamarē ad btām ṽginē di. O btiſſima virgo
Maria tu hodie filium Symeoni amplexādūȝ
ꝓbuiſti et eum mira dulcedine in tuo filio refeci/
ſti: obſecro te mater miſc̄die vt mihi q̄ȝ miſerear̄
qui fatigatꝰ ſuȝ deſiderio tui filij. Et oino meſti/
cia repletus ꝑ cordis ariditate. Et ecce mater mi/
ſericordie ſtatim affuit ⁊ filiū ei in ſpecie paruuli
amplecandū tribuit. Et ille frater ab illa hora vſ/
q̄ȝ ad totū tempus vite ſue ſemꝑ i mira ſuauita/
te ſpūs ꝑmanſit. Et continue hec et ſimilia verba
replicans: eructabat in feruore cordis dicens. O
amor meus Jeſu dulciſſime qn̄ ꝑueniam ad te:
qn̄ moriar vt iterū amplecti valeam te. ¶ Aliud
etiam Miraculū ad id facit de q̄dam matrona.
et de hoc habebit̄ infra in fine huius part̄. Sed
et pluribꝰ miraculis alijs omiſſis: libeat (ſi tamē
placet) hic deſcribere quoddā de cōfirmatione fe
ſti purificatiōis ¶ Miraculū ¶ Quod q̄dē rep
peri in Budeñ. libraria. et habet̄ etiā in Specu/
lo exēploꝝ. diſt. viij. ca. lviij. Ex vicȝ tpibꝰ Boni/
facij pape q̄ddā templū erat Rhome qḋ dicebat̄
Pantheon: cōſecratū Diane. Hoc templū ipſe
papa impetrauit a Foca impatore vt in honoreȝ
ſancte Marie ṽgis cōſecraret̄. Ad quā conſecra
tionē celebriter faciendam cōuenientibꝰ populis
mult̄: iudei conſtanter aduerſabant̄ ⁊ ſeditionē
faciebant contra chr̄ianos dicentes chr̄m ex Jo/
ſeph ſemie: ⁊ nō de virgine natum. Quodā itaq̄ȝ
tp̄e in die natalis chriſti contentio maxima habi
ta eſt de hoc. vbi ꝓtunc aderat etiam q̄dā cecꝰ na/
tus q̄ iudeos apert̄ rōnibus cōfutabat adeo ꝙ
iudei fuerunt cōpulſi eligere vnum e duobꝰ. vicȝ
ꝙ aut ipſi ceco nato impetrare poſſent chriſtiani
vt viſum reciper: meriti ṽginitatis Marie in cō
ceptu: in partu: ⁊ poſt partū inuocando. et ſic iu
dei crederent. Aut ſi hoc facere chriſtianoꝝ deus
nequiret: tota fides chr̄iana tanq̄ȝ falſa expugna
ret̄ ⁊ ꝑire deberet: impantibꝰ ceſaribus Rhoma/
nis. Statuerunt q̄ȝ ꝓ hoc pacto implendo diem
purificatiōis Marie ex cōmuni cōſenſu chriſtia
noꝝ. Qua die aduenīete: cecus cum chr̄ianis fe/
cit ſe duci ad altare. et genuflexo corā imagine be
ate ṽgis Marie: iudeis ⁊ populis mult̄ coaſſi/
ſtentibꝰ: cepit canere illud reſponſoriū quod tūc
canit̄ di. Gaude Maria virgo: cunctas hereſes
ſola interemiſti que Gabrielis archangeli dictis
credidiſti: dum virgo deum ⁊ hominē genuiſti:
et poſt partum ṽgo inuiolata ꝑmanſiſti. ṽ. Ga/
brielem archangeluȝ credimus diuinitus te eſſe
affatum. vterum tuū de ſpūſancto credimus im
pregnatū. Erubeſcat iudeus infelix qui dicit chri
ſtum ex Joſeph ſemie eſſe natū. Hoc facto: mox
cecus viſum recepit clariſſimū. et fere q̄nq̄ȝ milia
iudei ad fidem cōuerſi ſunt. Bonum eſt ḡ ſemꝑ
Mariam inuocare.

¶ Articulus tertius ꝙ duodecim gaudia habu
it btā Maria qn̄ ſuſcepit purificatiōis ſacr̄m.

T Ertium myſteri/
um circa hanc ſolennitatē declarādūȝ
ē iocūditatis. Ubi aduertendū ꝙ iu
xta numerū duodecim ſtellaꝝ in corona btē vir/
ginis exiſtentiū poſſumus ꝓ hac ſolennitate pu
rificationis diſtinguere. xij. gaudia: quibꝰ tanq̄ȝ
xij. ſtellis radiantibus ipſa glorioſa extitit ⁊ iocū
data in ſui purificatōe. que in tribꝰ q̄ternarijs or
dinari poſſunt. ¶ Primo nanq̄ȝ benedicta ṽgo
q̄ttuor gaudia habuit ꝑ hac purificatōe in ſe, de
deo ⁊ filio eius chriſto ¶ Secundo alia q̄ttuor
habuit gaudia de operibus miraculoſis que fa
cta ſunt in iſta purificatione. ¶ Tertio deniq̄ȝ vl
tima q̄ttuor gaudia habuit in ſanctoꝝ cōgratu/
latiōe. ¶ Quantū ad ꝑmū quaternariuȝ gaude/
bat beata virgo in purificatione

¶ Primo de diuina honorificatione.
Secundo de angelica famulatiōe.
¶ Tertio de grātiſſima oblatione.
Quarto de ſuauiſſima portatione.

¶ Quantū ad ſecundū gaudebat

¶ Primo de miranda reuelatione
Secūdo de grē ſtupenda redūdatione.
¶ Tertio de chr̄i veneranda ſuſceptione.
Quarto de admirāda futuroꝝ ꝓphetatiōe.

¶ Quantū ad tertium gaudebat

¶ Primo de Symeonis bn̄dictione
Secundo de paruuli Jeſu glorificatione.
¶ Tertio de ſancte Anne cōfeſſione.
Quarto de ſctōꝝ patrū glorificatione.

¶ Capitulum. I.

P Rimū itaq̄ȝ gaudium habuit btā virgo
Maria in iſta purificatiōe de diuina ho
norificatione. q2 deꝰ eam ſingularit̄ ꝑ oi/
bus honorauit. Et ꝑmo honorauit virginitateȝ
eius in data lege purificatiōis ꝑ Moyſen: cum
eius ṽginalē cōceptū ⁊ partū in ea ꝓnunciauit ꝑ
adiectā cōditionē: et eā ſingulariter ex oibꝰ mulie
ribꝰ mundi exemptā ſpeciali priuilegio honora/
uit. Quod ſic clareſcit. Nā deꝰ dans ꝑ Moyſen
legē purificatiōis Leui. xij. dixit ſic. Mulier ſi ſuſ
cepto ſemie peperit ⁊c. ſm enī Fran. Maro. iſtā
lex directe ꝓnunciat partum virginis, q2 ſi nulla



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mulier ſine ſemīe paritura fuiſſet: fruſtra Moy
ſes appoſuiſſet: ſi ſuſcepto ſemine. q2 qñcūq3 ali/
q̃d cōpetit alicui vniuerſalit̄ ⁊ neceſſario: fruſtra
apponit̄ conditio de illo. ſicut exēpli grā. Uniuer
ſaliter oīs hō comedere habet ⁊ bibere p̄ os. fru/
ſtra ḡ apponit̄ ꝯditio: dicēdo. hō ſi p̄ os comedit
et bibit. q2 nō aliter q̄3 p̄ os habet fieri comeſtio.
Et hoc oſtendit̄ etiā ex ſcptura. Nā Exo. xxj. dicit̄
Si p̄ īduſtriā q̄s occiderit fratrē ſuū: morte mo
riat̄. Jſtud: ſi p̄ induſtriā: dat intelligere ꝙ aliter
q̄3 p̄ induſtriā cōtingit ꝓrimū interficere alicui. vñ
tali dat̄ loc⁹ refugij. Sic ⁊ in ꝓpoſito p̄ hoc ꝙ dr̄
Si ſuſcepto ſemīe mlier peperit: dat̄ intelligi ꝙ
aliq̄ mulier aliter q̄3 ſuſcepto ſemīe poterat pare/
re. quod verificatū eſt in ſola mr̄e dñi que de ſpi
ritu ſancto concepit ⁊ pep̄it in virginitate. Hinc
Bern. Putaſne q2 dictur⁹ Moy. Mulier q̄ pe
pererit filiū imūda erit: nō timuerit ſup̄ mr̄e dñi
crimē blaſphemie incurrere. idcirco cōditionē p̄/
miſit di. Si ſuſcepto ſemine: vt ipſam eximeret ⁊
virginalē eius partū prenūciaret. Hec igit̄ bñdi/
cta v̄go ſciens ⁊ mēte tractans: plurimū gaude/
bat ꝙ ipſa meruerit fore illa q̄ ſine ſemine parere
debuit. et ꝙ a deo ſic honorari in ſua lege p̄nun/
ciari meruerit. Jtem ſcd̄o eam in hoc honorauit
ḡ ad maternitatē. q2 hodie ipſam matrez fore dei
in tēplo ſctis colletantib⁹ publicari voluit ⁊ fore
reginā mūdi. O quantū gaudere poterat cum ſe
matrē dei agnoſcebat. quia vt ait Anſ. Hoc ſolū
de ſctā Maria virgine predicare ꝙ dei mater eſt
excedit oēm altitudinē que poſt deū dici vel cogi
tari poteſt. Hec ille. De hoc eius gaudio Aug⁹ i
ſermone. Adeſt nobis: dicit ſic. Maria exultat ⁊
matrē ſe leta mirat̄ ⁊ de ſpū ſancto cōcepiſſe gau/
det. et q2 genuit cum exultatiōe nō cuiuſlibet me/
riti hoiem: ſed totius mundi ſaluatorē. Hec ille.
¶ Secundū p̄cipuū gaudiū habuit btā v̄go de
angelica famulatione. q2 vt dicit Alb. ſup̄ Miſ/
ſus eſt. ipſa clariſſime videbat angelos p̄ ſpecies
ꝓprias. Gaudebat ḡ cum videbat natum ſuum
dñm Jeſum ab angelis circūdari ⁊ adorari. Nā
ſc̄m q̄d ꝓſequit̄ Ludolphus in li. de chriſti vita.
credit̄ ꝙ Gabriel angelus qui v̄gini conceptum
verbi nunciauerat an̄ oēs ſe agēs paſtorib⁹ ipſe
euangelizauerit gaudiū magnū: et de natiuitate
chr̄i militias celeſtis exercitus ꝓuocauit ad lau/
dandū deuz ⁊ dicen̄. Gloria in excelſis deo. Lu.
ij. Deinde aſcēdētes angeli in celū cum iubilo hec
nunciauerūt cōciuib⁹ ſuis. Tota igit̄ ſup̄na cu/
ria exhilarata laudib⁹ ⁊ gratiarū actiōib⁹ exhibi/
tis deo patri: venerūt oēs p̄ ordines ſuos vide/
re faciē chr̄i dei ſui ⁊ adorabant eum et matrē ei⁹
cum oī reuerentia laudis p̄ſonantes cantica cele
ſtia. Et ꝓbat hoc tali rōne. quia in nullo angelo/
rū potuiſſet cadere hec tanta ſup̄bia vt audit̄ ta/
libus nouis nō viſitaſſet dñm deū ſuū ꝯſtitutū
in terra: et eius matrē humiliter ſalutaſſet. Hinc
ap̄l'us ad Heb. j. Et cū introduceret p̄mogenitū
in orbē terrarū: dixit. Et adorēt eum om̄es angeli
dei. Vñ Aug⁹ in q̄dam ſermone dicit. O ſtabu/
lum felix: p̄ſepe btm̄: in q̄ naſcit̄ chr̄s ⁊ reclinatur
oim deus. ibi circūdabāt btām virginē angelice
poteſtates. ibi erāt milia miliū exultantiū. ibi va/
giebat chr̄s in ſtabulo ⁊ fiebat leticia magna i ce
lo: reſonās gloriā deo in altiſſimis: et in terra pa
cem hoib⁹ bone voluntatis. quia deſcēderat pax
vera de celis. Hec Aug⁹. Jdcirco Anſ. dicit. Dū
hunc paruulū inter man⁹ ſuas verſari ⁊ ad vbe/
ra ſua pendere circūſtantib⁹ ⁊ famulatu obſeq̄n/
tibus angelis videbat beata Maria: quo p̄cor
affectu mouebat̄ pius animus eius: Dum ḡ vi
deret Maria angelos adorantes chr̄m cū ma/
tre ip̄a: iubilando cum Gabriele in aſcenſu eius
de Bethleem ad templū: putas quantum gau/
debat. Nam ⁊ Chryſ. in q̄dam ſermone dr̄. Jnfi
nitam inq̄t militiā angelorū ad glorioſe virginis
obſequiū eſſe deputatā nullaten⁹ ambigim⁹ vt
eam cuſtodirēt ambientes. ¶ Tertiū conaliū de
gratiſſima oblatione. Primo quia cōſiderabat
q̄3 ſummū mun⁹ deo offerebat: adeo ꝙ nunq̄3 a
ſeculo talis oblatio facta fuerat. Unde ſc̄m Lu/
dol. vbi ſ̄. credit̄ genuflexo talia v̄ginem in tem/
plo verba dixiſſe. Ecce ſancte pater p̄ſento tibi fi/
liū tuū eternaliter genitū ⁊ meū quē cōcepi et pe/
peri v̄ginitate manente deū verū. Scd̄o q2 conſi
derabat virgo btā aīo pio q̄3 multiplicē vtilitatē
et fructū ex hac oblatione adq̄reret toti mundo.
Obtinuit em̄ mūdo miſcd̄iā dei. Unde canit in
introitu hodierne miſſe eccl'ia. Suſcepim⁹ deus
miſcd̄iam tuā in medio templi tui. q2 p̄ hāc obla
tionem flex⁹ eſt deus ad miſerādū mūdo. Jtē p̄
hoc obtinuit pacem inter deū: hoīes ⁊ angelos.
Ubi aduertendū ꝙ qñcūq3 iraſcebat̄ deus: du/
obus modis poterat facere pacem cum eo q̄s in
veteri teſtamēto. Primo p̄ pniā3 veram: iuxta il/
lud ſcptum Ezech. xviij. Conuertimi ⁊ agite peni/
tentiā de oib⁹ iniq̄tatib⁹ veſtrī: et nō erit vob' i ru
inam iniq̄tas. Et tñ hoc mō q̄ſiuit Adā pacez ge
neri humano: et nō obtinuit. Scd̄o p̄ oblationē
et hoſtiā. ſicut ſolebat fieri in veteri teſtamēto ad
placādū deum. Et nūc ſpūaliter offerētes de cor/
de oblationes affectionū ſanctarū: ⁊ de corp̄e ho
ſtiam bonorū operū placam⁹ deū. iuxta illd̄ apo/
ſtoli. Obſecro vos vt exhibeat̄ corp̄a veſtra ho/
ſtiam ſanctā deo placentē ⁊c̄. Et tñ Dauid cū de/
diſſet centūmilia pondera auri: et argēti millemi
lia: atq3 aliorū metallorū ſine pōdere ad edificati/
onem templi. nec ſic obtinuit q̄ ad poſteros. Sȝ
virgo hac oblatione gratiſſima deū pacauit ⁊ to
ti mūdo pacē adq̄ſiuit. Quod Symeō p̄ſentiēs
orauit ſe in hac pace dimitti dī. Nūc dimittis ſer
uum tuum dñe ſc̄m verbū tuum in pace. Hoc fi
guratū eſt Gen̄. viij. vbi legit̄ ꝙ Noe emittēs co/
lumbam de arca: reuerſa eſt ad veſperam por/
tans ramum oliue virentis in ore ſuo. Jntellexit
q̄3 Noe ꝙ deus pacem dediſſet in terra ⁊ ſiccata

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſſet terra ab aq̄s: Iſta colūba eſt btā v̄go q̄ fel/
le amaritudīs caret. q2 tota pia ⁊ benigna eſt: cū
ſit mater miſcdie: vt canit eccl'ia. que portauit ho
die chr̄m virentē in gr̄a ⁊ v̄tute in ſignum pacis.
¶ Tertio deniq3 gaudiū hauriebat cor v̄ginis
in hac oblatiōe. q2 cōſiderabat ei9 ſignificationē3
ꝙ vi3 ſicut hodie voluit chriſtus ſeipſum offer
ri: ita dabat ſignificari ꝙ ipſe oblatur9 eſſ3 ſeipm
in cruce ꝓ hoīs ſalute. Et ſicut q̄nq3 ſiclis eſt re
dempt9: ita ipē q̄nq3 p̄ncipalib9 vulnerib9 mun/
dū eſſ3 redemptur9. Et ſicut eius mater Maria
aſtitit in hac oblatione: ita aſtare debebat iuxta
crucis oblatiōnē. Gaudebat igit̄ virgo ſup̱ gene
ris humani ſignificata redemptione. ¶ Quartū
gaudiū habuit de ſuauiſſima portatione. q2 ſen
tiebat maximā ſuauitatē cū chr̄m in vlnis cū in/
genti amoris dulcedine portabat a q̄ portabat̄.
Si em̄ ſenex Symeon accipiens chr̄m in vlnas
p̄letiaa ⁊ ſuauitate cordis fatiſcentiū membro/
rū p̄ ſenectute debilitatē nō ſentiebat: ſed virtute
indutus ex alto chr̄m ſuauiter portabat. iuxta il/
lud qđ canit eccl'ia. Senex puer̄ portabat: puer
aūt ſenē regebat: quem virgo concepit ⁊c̄. Mul
to magis id credendū eſt de Maria. Hoc gau/
diū tangit Aug9 in ſer. vbi ſ̄. dicens ſic. Leta igit̄
Maria geſtat infantē3: exultās filiū amplexat̄:
portat a quo portabat̄. Hec ille. O anima deuo
ta nonne ⁊ tu gaudiu3 ſumeres ſi chr̄m in vlnis
portares?

¶ Capitulum. II

Secūdo q̄ternario deſcribunt̄ alia q̄ttuor
gaudia btē virgīs q̄ habuit in hac purifi
catione. Ut igit̄ ad p̄miſſa cōnumerem9
¶ Quintū gaudiū habuit btā virgo de miranda
reuelatiōe. Tertis em̄ miraculis p̄mōſtrat9 ⁊ do/
cente ſpūſancto reuelatus eſt ⁊ cōprobat9 bn̄di/
cte v̄ginis Marie v̄ginalis partus. Quod cla/
ret Primo in reuelatione facta Zacharie pr̄i Jo/
hānis baptiſte: ſm̄ Orig. iuxta cuius dicta eoꝙ
hec hiſtoria nō eſt contra rationē vel ſc̄pturā: cre
dit̄ a pleriſq3 Zacharias fuiſſe pontifex in ordīe
vicis ſue tp̄e q̄ btā v̄go de Bethleē venit in Hie
ruſalē portans in vlnis dn̄m Jeſum: aſcēdēs in
templū ad purificationē. Ipſum aūt templū per
tria interſtitia erat diuiſum. In vno ſtabant per
ſe v̄gines puelle. In ſecūdo mulieres maritate.
In tertio vidue. Cogitabat itaq3 btā v̄go ad q̄r̄
ſocietatē ſtare deberet. Et q2 ſciebat ſe eſſe v̄ginē
deliberauit ire ad virginū interſtitiū. Quo cū ve/
niſſet: v̄gines eā deridebāt dī. Tu cū filiū in vl/
nis teneas: quō dignā te putas noſtro cōſortio:
vade hinc ad pares tuos. Nūc dn̄a vultu v̄ecū/
do: inclinato capite iuit ad maritatas. Et ille etiā
eam ceperunt verbis impetere dī. Tu es mulier
ſup̱ba quia noluiſti nobiſcū ſtare ſed ad virgi/
nes ire. et tanq3 paup̱i ⁊ abiecte nō curauerūt lo/
cū dare. Unde cogitauit beata virgo ꝙ ſi iret ad
viduas: ille eam magis refutarēt: eoꝙ nōdū eſſ3
viduata. Et idcirco patientiſſime ferens: nec ver/
bum ꝓ v̄bo dans: iuit cum ſūma hūilitate ⁊ po/
ſuit ſe in vltimo loco templi poſt oēs mliʼeres. O
humilitas bn̄dicte v̄ginis. O patientia ei9 in exē
plum oībus data: ecce regia celi cum ſit ſup̱ oēs
mulieres bn̄dicta ſtat vltīo loco q̄ſi ad cōſortiū
mulier̄ īdigna. Interea Zacharias pōtifex ipſi9
baptiſte Johannis pater de ſanctuario exiens ⁊
videns beatam virginē ſtare ſequeſtratā cum fi/
lio: repletus eſt ſpūſancto: cognouitq3 ipam eſſe
virginem matrē dei ⁊ hois. Et ſtatim cepit chr̄m
filium eius publica voce ꝯfiteri. Accipiēs quoq3
manū btē virginis: duxit ea3 ad locū digniſſimū
in conſortiū virginū: p̄teſtans ⁊ dī. Hm̄ hec vir/
go virginū de qua ꝓphetauit Eſa. ca. vij. Ecce in/
quit virgo concipiet ⁊ pariet filiū ⁊c̄. Et hic ei9 na
tus eſt verē ſaluator iſrael: deus ⁊ homo: redem
ptor mūdi. vn̄ omnes mirabant̄. Et ſtetit in illo
loco honoratiſſimo btā virgo vſq3 ad tp̄s obla/
tionis filij ſui. Et tandē iſte Zacharias pōtifex ꝓ
iſto teſtimonio facto de chr̄o a iudeis interfect9 ē
iuxta illud Matth. xxiij. Uſq3 ad ſanguinē Za/
charie filij Barachie quē occidiſtis inter templū
et altare. Hec ſm̄ Orige. ¶ Scđo q̄3 claret in re/
uelatione facta Symeoni. Legitur em̄ in gloſis
biblie ſicut etiam refert Egeſippus in li. de ſupple
mento euāgelice v̄itar̄. ꝙ Symeō iſte erat rabbi
id eſt magiſter int̄ iudeos: q cū Eſaiā īterp̄taret̄:
et ad v̄bū gloſandū p̱ueniſſet Ecce v̄go cōcipi/
et ⁊ pariet ⁊c̄. viſum eſt ſibi hoc fore impoſſibile:
vn̄ dixit iniuriā factā fuiſſe Eſaie: eoꝙ vicio ſcri/
ptor̄ tale vaticiniū eſſet corruptū ſcribētes in he
breo halma ꝓ alma. i. virgo ꝓ iuuēcula. ideo de/
leuit hoc. Mane facto: aureas litteras iſto ſenſu
ſcriptas miraculoſe reppit. Cunq3 illo iter̄ dele/
to: tertia vice id factum fuiſſet: mirans ⁊ ſtupēs
preſſus eſt ſomno ⁊ obdormiuit. et ſurgēs reppe
rit ſicut ⁊ p̄us aureis litter̄ conſcriptā ꝓpheciam.
ſtupēs aūt oratiōi ſe dedit. Mox q̄3 reſpōſum a
ſpūſancto accepit: nō viſurū ſe mortē niſi videret
chr̄m dn̄i de v̄gine natū: qđ hodie eſt impletum
Un̄ patet ꝙ btā v̄go hec oīa aduertēs: plurimū
gaudebat. ¶ Sextū gaudiu3 habuit de mirāda
gratie redūdatione. q2 vi3 ipſa mediante multi/
plex gr̄a redundauit in ſanctū Symeonē a dn̄o
chr̄o: ſm̄ magiſtr̄ Bartho. de Piſ. li. conformi/
tatū. Prima q̄de3 q2 a pcc̄i macula ſi q̄ inerat vel
infuiſſet chr̄s eū purgauit ⁊ forte in gr̄a cōfirma
uit ⁊ gratū exhibuit. ꝓpter qđ dicit̄ in euāgelio ꝙ
accipiēs Jeſum in vlnas: bn̄dixit deu3. ſ. pro ac/
cepto bn̄ficio. Scđa gratia. quia eum ſanctifica
uit ⁊ gubernauit. ideo eū dn̄m vocat dī. Nūc di/
mit. ſer. t. dn̄e ⁊c̄. Tertia gratia q2 eius deſideriū
q̄etauit. appetebat em̄ eu3 videre ⁊ vidit: ideo ait.
Quia viderūt ocu. mei ſa. t. Quarta. q2 eū illūina
uit vt intelligeret ei9 diuinitatē ⁊ p̱ eū oīm fideliū
fiendam ſalutem. vn̄ ait. Lumen ad reue. gen. et
glo. ple. tue iſrl'. Gaudebat itaq3 btā virgo d̄ gr̄e

in eum redundationē: ſciēdo ꝙ ipſa eſſet cōſtituta vt ſit mr̄ gratie: ſicut canit eccl'ia: ꝑ quā redūdaret grā in oēs atqꝫ miſcdia dei. ¶ Septimū gaudiū de chr̄i venerāda ſuſceptiōe. Que eni mr̄ nō cōgaudet ſup filij honoratiōe: cū ſcriptū ſit Eccl. xxv. Nō iocūdat̄ in filijs. Et iterū eiuſdem .iij. ca. Honorat̄ parēs in filijs. Maximū ꝙ fuit Marie gaudiū qn̄ videbat ſuū natū tanta dilectiōe amplexari: venerari: ꝛ genuflexo vt deū adorari: et laude diuina cōfiteri a Symeone et Anna. vt teſtat̄ euāgeliū. Circa hoc qꝫ pie cōtēplari poſſum⁹ qm̄ ſicut etiā docet Aug⁹ in ſermone hodierni feſti: ſanctus Symeon cū eſſet multū annoſus: vtpote plus qꝫ centū annorū. ſicut dr̄ in li. d infantia ſaluatoris. et foret ſpūſancto plen⁹: ſūmo deſiderio rogabat deū in oratiōib⁹ cōtinuis cū gemitib⁹ ꝓ generꝭ hūani redemptiōe quā expectabat. Et qꝛ reſponſum accepat a ſpūſctō: nō viſurum ſe mortē niſi prius videret chriſtum dn̄i: vt poſtea cum gaudio annūciaret patrib⁹ in limbum deſcendendo ꝑ mortē. Hac igit̄ die maiori ꝑfuſus ſolita dulcedine ſpūſſcti: cepit dicere. O de⁹ Abraam ꝙdiu durabo: ꝙdiu veniet illa filij tui ſacra natiuitas vt videre merear chr̄m quē cōcupiſco: ipm̄ amplexari valeam ꝛ oſculari: ꝙtinus let⁹ moriar ꝛ patrib⁹ gaudiuꝫ in limbo adducam nunciando. O ꝙdiu moror in hac vita. heu mihi quia incolatus meus ꝓlōgatus eſt. O miſericordiſſime deus miſerere iam nunc generi humano tādiu in carcere detēto: tandiu e celo excluſo. mitte nūc filium tuū ꝛ redime nos in ſalutari tuo. Cunqꝫ taliter oraret: ecce ſpūſſctūs ei reuelauit dicens. Surge: vade cito ad fores tēpli: en adeſt fili⁹ dei incarnat⁹ q̄ tenet̄ in vlnis matrꝭ ꝟginis. Mox feſtin⁹ accurrit feruore diuio plenus: ꝛ vidēs diuinū ſplēdorē irradiantē de facie chr̄i ꝛ matrꝭ ei⁹ Marie: ſcḋm Hiero. agnouit hūc fore. Mox qꝫ infuſus abundanti⁹ ſpūſctō: cecidit ꝓn⁹ in terrā ꝛ adorauit bn̄dicēdo deū. Supplicater qꝫ a btā ꝟgine petiuit vt cōcederet ſibi in vlnas accipe chr̄m: quē acceptum ſctūs ſenex O q̄nta cordis deuotiōe. O q̄nta ſuauitate: lachrymaꝝ qꝫ dulci imbre amplexabat̄: oſc'abat̄: ſtringebat ad pect⁹: vociferabat̄: ꝛ laudes reddebat deo. qs explicabit hec queſo? Sed o bone ſenex q̄d ſic agis: niſi qꝛ hic tibi chriſtus: hic dulcis redemptor: hic deus tuus ꝛ ſaluator. Hec videns Maria gaudebat. ¶ Octauū deniqꝫ gaudium habuit Maria de mirabiliū futuroꝝ ꝓphetatiōe quia cū hec agerent̄: ecce cepit Symeō ꝓphetare de chr̄o ꝛ ei⁹ matre futura di. Ecce hic poſitus eſt in ruinā ꝛ in reſurrectionē mlt̄oꝝ in iſrael. Malis q̄dem in ruinā damnationis. ſed bonis ꝛ electis in reſurrectionē eterne btitudinis. ſequit̄. Et in ſignū cui cōtradicet̄. ſ. a iudeis: infidelib⁹: ꝛ hereticis ac malis chriſtianis. Sequit̄. Et tuā ipſius aiaꝫ ptrāſi. gla. ſ. in chr̄i paſſiōe. Licet itaqꝫ ꝑnūciabat̄ Marie dolor cōpaſſionis: tm̄ gaudebat de hūani generꝭ redēptiōe ꝛ taliū auditōe nouorū.

¶ Capitulum .iii.

Tertio q̄ternario deſcribunt̄ alia gaudia Marie. Vn̄ ad p̄miſſa cōtinuādo ¶ Nonū gaudiū fuit ei de Symeōis bn̄dictiōe. Ut eni teſtat̄ euāgeliū: ſctūs Symeō tunc bn̄dixit Marie ꝛ Joſeph. ſed q̄li bn̄dictiōe nō exp̄mit̄. Deuota tn̄ mēs pōt pi'a cōtēplari: vt diceret. Bn̄dicta tu in mulierib⁹ q̄ ꝟginum virgo: angelorū dn̄a ꝛ oim̄ regina fieri meruiſti. Bn̄dicta filia tu a dn̄o qꝛ ꝑ te fructū vite eterne cōicauim⁹. et ſi'ia. ¶ Sed di. Quō Maria q̄ fuit ſup oēs ſctā a Symeone debuit bn̄dici. Rn̄det̄ ſcḋm Ly. ꝙ hoc fuit ꝓpter officium ſacerdotale ei⁹ ad qḋ ſpectat bn̄dicere ꝓp'o. et ideo Symeō bn̄dicere habuit Mariā. ¶ Decimū gaudiū habuit d filij glificatiōe. ſ. ꝑ Symeonē facta ꝛ declarata. q̄a cum Symeō dn̄m Jeſum teneret in vlnis: cepit cogitare qꝛ deus magn⁹ eſt q̄ ſe tantū exinaniuit vt paruul⁹ fieret ꝓpter nos: q̄ portat oia ꝟbo virtutꝭ ſue: quem oēs patriarche ꝛ ꝓphete deſiderauerūt. Cepit etiā cogitare ꝙ acerbā mortē a ꝓp'o iudaico eſſet paſſurus ꝓ redēptiōe generꝭ hūani. ideo ꝛ ſpū ꝓphetico p̄dixit matri ſue paſſionē chr̄i ꝛ cōpaſſionem ipſi⁹ ſue matrꝭ. Hec p̄noſcens ꝛ cogitās: magno cepit feruere amore erga deū chr̄m q̄ dignat⁹ eſſꝫ tanta pati ꝓ nr̄a liberatiōe. Et ideo in amplexus ruens pu'li Jeſu: bn̄dixit deū ꝛ glorificauit dei filiū Jeſū di. Nūc dimittꝭ ſeruū tuū dn̄e ſcḋm ꝟbū tuū in pace ꝛc̄. In q̄ q̄dē cantico laudat chr̄m quadrupliciter. Primo ꝙ ipſe eſt pax in celis ꝛ in terris. ideo dicit. Nunc dimittꝭ ꝛc̄. in pace. Scḋo ꝙ ipſe eſt ſalus mūdi. vn̄ dr̄. Quia viderūt oc'i m. ſa. t. Tertio ꝙ ip̄e eſt veꝝ lumē illūinās totū mūdū. vn̄ ſubdit. Quod paraſti an̄ fa. o. po. Lumē ad re. gen. Quarto ꝙ ip̄e ſit gl'ia oim̄ electoꝝ in patria. vn̄ ſubdit. Et gl'iam ple. t. iſrl̄. Vnō plurimū de his gaudebat Maria: cōferens in corde ſuo. ¶ Undecimū gaudiuꝫ de Anne cōfeſſione facta de chr̄o. qꝛ vt notat euangelium: ſancta Anna vidua vſqꝫ ad annos .lxxxiiij. q̄ de tēplo non diſcedebat: oratiōib⁹ ꝛ ieiunijs deſeruiēs deo: hec ſuꝑuenit ipſa hora nō a caſu ſed diuia inſpiratione et reuelatiōe: ſcḋm Lyrā. et cōfitebat̄ dn̄o. ſ. gratias agēdo de bn̄ficio incarnatiōis cōpleto. et loq̄bat̄ de illo oib⁹ q̄ expectabant redemptionē iſrl̄. ſ. ciuis corā annūciādo hunc Jeſum natū eſſe redēptorē: ſcḋm qḋ Ly. exponit. Vnō pie credit̄ ꝙ talia vel ſi'ia verba dixerit genuflexo adorando chr̄m et in amplex⁹ ſuſcipiendo (vt etiā de ſemine Dauid dictū eſt) Bn̄dict⁹ inq̄t de⁹ iſrael qꝛ viſitauit ꝛ fecit redēptionē plebis ſue. Benedictus qui dedit mihi videre chr̄m ſuum: quem oēs ꝓphete deſiderauerūt. Nouerit ꝙ ois iſrael qm̄ teſtimoniū ꝑhibeo qꝛ hec eſt ꝟgo mater vaticinio Eſaie p̄dicta: cū q̄ in tēplo conuerſata angeloꝝ eam viſitatiū q̄tidie ꝯſolationē veram ſum experta. Hec eſt que virgo concepit virgo peperit. et hic eſt ei⁹

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

natus verus deus quē cōfiteor et teſtificor oibꝫ
q̄ expectāt redemptionē iſrl'. O q̄nto putas gau-
dio tūc reſalutaſſe btām Mariā v̄ginē honeſtiſ-
ſimā di. Bñfaciat vobis .i. Symeoni ꝛ Anne de-
us ꝛ filius inquā meus ꝓ hoc ſaluifico teſtimo-
nio. ¶ Duodecimū gaudiū de ſctōꝝ patrū ꝯgra-
tulatione .ſ. ex Symeonis annūciatōe. Hic nēpe
cōtemplari poſſumꝰ: qꝫ cū oēs p̄res in tenebro-
ſo carcere infernali lugerēt: ecce Symeō decedēs
ꝑ mortē: gaudiū eis annūciauit di. Vere ſciatiſ qꝫ
natus eſt ſaluator chr̄s deꝰ quē vidi ꝛ in vlnas
ſuſcepi de v̄ginis matris gremio: quem tādiu vi-
uens in mūdo expectaui: et mortē eius q̄ redem-
pturi ſumꝰ p̄nunciaui. Tūc oēs cū gaudio leuā-
tes vocē dixerūt. Bñdictꝰ dñs deꝰ patrū noſtro-
rū: et laudabil' ꝛ glioſus in ſecula. Et iterꝫ. Suſ-
cepimus deus miſcdiam tuā in medio tēpli tui.
Vñ eccleſia hoc mō inchoat hodie miſſā. et ꝓ ſi-
gno huius leticie ꝓceſſionē agit cū cereis arden-
tibꝫ cōſecratis: in q̄ q̄dem ſunt tria .ſ. Cera q̄ ſignifi-
cat carnē chr̄i de v̄gine ſumptā. ſicut cera de api-
bus ſine cōmixtione naſcit̄. Itē interior lychnus
ſignificat chr̄i aiam candidā. Et lucis ardor: chr̄i
diuinitatē. q̄tinꝰ ſignificet̄ q̄ ſicut ꝓ oim ſctōꝝ le-
ticia chr̄s geſtatꝰ eſt hodie manibꝫ in templū: ita
et nos ꝑ grām chr̄m geſtemus in mēte: ſicut ꝛ fi-
guraliter geſtamꝰ in candele ſignificatōe. ¶ Ad
id legit̄ Miraculū in cōi legenda. Ꝙ q̄dam ma-
trona deuota beate Marie cum in feſto purifi-
cationis nō poſſet audire miſſam: eoq̄ paupata
ad eccleſiā nō haberet q̄bꝫ iret veſtimētis. Nā oia
erogauerat ad honorē btē Marie: dolens: in ca-
mera ſua orōni ſe dedit. et in extaſi vidit ſe eſſe in
ecclia pulcerrima: vbi turba ſanctoꝝ multa. et ce-
perūt miſſam ſolēnizare ꝓ honore ꝛ gaudio hu-
ius feſtiuitatis. Videbat̄ etiā q̄dā maximā facem
candelaꝝ tenere ꝛ diſtribuere vnicuiqꝫ. et ipi ma-
trone vnā candelā dedit quā libētiſſime accepit.
Cūqꝫ oēs ad offertoriū offerrent: iſta nō obtulit
Vñ v̄ginū regina Maria aſſiſtēs: ꝑ nunciū p̄ce-
pit vt offerat. Primo qꝫ: ſcdō ꝛ tertio mādato re-
nuēte: miſit angelū vt violenter ab ea auferret ce-
reū ꝛ offerret: eoq̄ videbat̄ nō ꝓcedere ſacerdotē
in miſſa niſi offerret̄. Cūqꝫ angelo cape cereū vo-
lente: et illa matrona reſiſtēte: hincinde cōcertan-
do cereꝰ frāgeret̄: ps angelo ꝛ alt̄a medietas ma-
trone remāſit. Illa ad ſe rediēt ꝛ cereum in manu
reppit fractū. vñ admirādo ipm reſeruauit. et fa-
ctū eſt vt ipo oēs īfirmi q̄ tāgebant̄ curabant̄ ad
laudē Marie. O itaqꝫ fidel' aīa gaude ī chr̄o Je-
ſu ꝓ hac ſolēnitate ꝛ redde gr̄es deo ꝛ Marie.

¶ Pars ſecunda tertij libri de doloris gladio et martyrio btē v̄ginis Marie.

# V
Niuerſi populi at-
tendite ꝛ videre dolorē meum. Verba
ſunt Hiere. Threñ. j. ca. Et accipiunt̄
in pſona Marie dicta: q̄bus nos īuitat ꝛ admo-
net ipſa virgo pījſſima ad recogitandū dolorem
quē habuit ſuꝑ filio ſuo cōpatiēdo. Contemple-
mur ḡ pie quō virgo Maria vultu meſto: facie
ſqualida: gladio doloris in corde trāſfixa: voce
q̄rula ꝛ flebili iuxta crucē chr̄i ſtans dicat. O vni-
uerſi populi .ſ. chr̄iani: q̄s filius meꝰ p̄dilectꝰ Je-
ſus tantū amauit: vt pro veſtra redemptiōe mo-
ri tā acerba morte elegerit: attēdite ꝛ videte dolo-
rem meū ꝑ verā cōpaſſionē. O p̄ncipes ꝛ dñi ter-
raꝝ plāgite mecū ſuꝑ filiū q̄ eſt dñs dñantiū inē
viliſſimos latrones crucifixū. O v̄gies. o vidue
o cōiugate. o ſenes. o paruuli. o vniuerſi ꝑpl'i attē-
dite ꝛ lugete mecū ſuꝑ benigniſſimū dñm noſtꝝ
Jeſum morientē. O matres q̄ filios genuiſtis vi-
dete dolorē meū. qꝫ filiū meū vnicū ſolaciū cor-
dis mei quē de ſpūſancto concepi verū deū ꝛ ho-
minē virgo pepi et v̄gineo lacte alui: video cruci
affixum: laceratū: cruentatū. Ecce iā impletū eſt ī
me illud vaticiniū Symeonis. Tuā ipſiꝰ aiā ꝑ-
tran. Vis ꝛ ſilibꝫ v̄bis v̄go bñdicta cordis no-
ſtri duricies emollit ꝛ penetrat vt ad eiꝰ dolores
attendamus. ¶ De his ḡ doloribꝫ locuturi ad p̄-
ſens tria myſteria notabimus.

¶ Primū myſteriū de doloris Marie ħitudie.
¶ Scdm myſteriū de eius magnitudine.
¶ Tertiū de eius aureole beatitudine.

¶ Articulus p̄mus quō habuit beata Maria cōmunicatū dolorē paſſionis chriſti ꝛ hunc mi-
xtum gaudio.

# P
Rimum myſteri-
um de ħitudine doloris Marie. vbi
tres q̄ſtiones occurrūt. ¶ Prima. vtꝝ
dolor paſſionis chr̄i fuerit cōmunicatus btē vir-
gini: Hec q̄ſtio querit vtꝝ btā virgo habuit paſ-
ſionem et dolorem ex compaſſione patientis chr̄i.
Et arguere potes q̄ non. qꝫ Yſa. lxiij. ſcriptū eſt.
Torcular calcaui ſolus .i. tormenta ſuſtinui ſo-
lus. Item docet experientia qꝫ ſancti viri ꝛ deuoti
maximā dulcedinē cordis hauriunt in chr̄i paſ-
ſione quanto ſunt in maiori gratia. ḡ beata v̄go
que fuit gratia plena habuit maximā dulcedinē
in eadem paſſione: et ꝑ cōſequens non dolorem.
¶ In cōtrariū eſt cōmunis ſententia catholicorū.
Reſpondēdo ḡ ponit̄ cōcluſio q̄ beata Maria
in filij paſſione habuit cōmunicatū maximū do-
lorē ex cōpaſſiōe. Et ꝓbat̄ tripl'r. Prio autorita-
te ſcp̄ture Lu. ij. Tuā ipſiꝰ aiam ptran. gla. ¶ Se-
cundo ꝓbat̄ doctoꝝ atteſtatiōe. Nam Damaſc.
dicit q̄ beata Maria dolores quos effugit pa-
tiens et moriens: hos ſuſtinuit compatiens. Et
Berñ. dicit eam longe plus q̄ꝫ martyrem ex illo
dolore. vt infra patebit. Multi quoqꝫ alij do-
ctores id teſtantur. de quibus pretereo ad pre-
ſens. ¶ Tertio probatur ex ratione. Nam ſꝫm
Albertum magnū ſuꝑ Miſſus eſt. ca. cij. pater



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

miſericordiaꝝ deus voluit matri miſcdie Marie opus ſūme miſcdie.i. paſſionē doloris cōicare pluribꝰ rōnibꝰ ¶ Primo vt dare poſſit ei premiū paſſionis.i.martyrij glīam. ¶ Scdo vt ſup oēs eā participē faceret bñficij redēptionis: q̄tinꝰ ſicut fuit Maria adiutrix noſtre redēptiōis carnem dando chr̄o deo: ita eſſet adiutrix paſſionis qua redēpti ſumꝰ. et ſic fieret mater oīm p recreationem. ¶ Tertio vt ſicut totus mūdus obligat̄ deo p ſuam paſſionez: ita obligaret̄ dñe oīm per compaſſionē. ¶ Ad pmā ḡ obiectionem rñdetur ſm Alber.ca.cxcij.ſup Miſſus eſt. et cōcor. Nico.de Lyra.ꝙ illa autoritas Eſaie. Torcular calcaui ſolus: nō excludit btām virginē qn torcular paſſionis ſuſtinuerit cū chr̄o.quia ſubdit̄. Et de gentibꝰ non eſt vir mecū: vt excludat viros ⁊ oēs alios pter Mariā ¶ Ad ſecundū rñdet̄ ꝙ licet paſſio chr̄i recogitata dulcedinez ingerat ſanctis q̄tum ad rationē: non tñ q̄tum ad ſenſualitatē. Et ſic Maria dolorē habuit in ſenſualitate ex affectu materno. Item ex q̄ fundamētū ⁊ radix oīs gratie ac meriti eſt dolor corpalis ⁊ cordialis Jeſu. Vñ non eſt dubiū ꝙ ſicut dulcedo ſic q̄ñq̄ʒ et dolor paſſiōis Jeſu in mentes hūanas ex influentia ſpūſſancti infundit̄: q̄nto mēs hoīs eſt magis depurata a pctis et magis dilatata dei amore. Et qꝛ hec puritas ⁊ dilatatio ſumme fuerūt in Maria q̄ libere ac ſine aliq̄ rebellione recepit ſpiritusſancti influxus. ideo ipſam deus ſicut ſup oēs repleuerat Jeſu dulcoribꝰ: ita ſup oēs in paſſione repleuit ieſu doloribꝰ: adeo ꝙ nulla creatura maternali ſtatui nō erecta capere potuit: vt ſic ſūmme cōpaſſionis ac lamētationis ſacrificium Maria deo offerret gratiſſimum. Et ſic patet.

¶ Scda q̄ſtio Vtꝝ btā Maria habuit i paſſione chr̄i aliq̄d gaudiū mixtū cū dolore vel aliquā dulcoroſitatē admixtā. Rñdet̄ ſm Alb. vbi ſ. cō cor. Alex. de Ales in.iij.pte ſūme.q.xvj.i ſolutiōe argumentoꝝ. necnō Nico.de Lyra.iij. ſup ſentē. diſt.xvj.ꝙ ſicut dñs Jeſus in paſſiōe ſua habuit ſummū gaudiū ⁊ cū hoc ſummū dolorē: ita et btā virgo vtrūq̄ʒ habuit ſibi cōicatū Nam ſi chriſtus cōicaſſet matri alteꝝ tm̄mō: nō fuiſſet equū cōſortiū. Cuius aūt veritas oſtendit̄ ex oībꝰ ad q̄ ſtatus ꝟgis pōt cōparari ¶ Et Primo q̄ ad deū cuius voluntati btā Maria ſumme cōformata erat in voluntate. Sicut ḡ ſciebat paſſionē chriſti eſſe a deo volitā ⁊ ad diuinū honorē: ita ⁊ ipſa acceptā habebat ¶ Scdo q̄ ad filium q̄ p ſalute hoīm mortem ſitiebat. Vnde Lu.xij.di. Ego habeo baptiſmo.ſ.paſſionis baptizari: ⁊ quō coartor vt pficiā illud. ḡ ſequit̄ ꝙ ⁊ mēs Marie iſtō deſiderauit. ¶ Tertio q̄ ad ꝓrios. qꝛ ſciebat totū genus humanū per chr̄i paſſiōez redimi: ⁊ ſctōs patres de limbo liberari: angelorū q̄ʒ repationē fieri: et hoīes p recordationē paſſionis chriſti ad amoris diuini deſiderium inflāmari. ¶ Quarto quo ad ipſam mortē ⁊ paſſionis dolorem. quia ſancti pleni gratia dei amore paſſionis chriſti ſe morti ⁊ oī pene libētiſſime tradebant, imo ⁊ matres ꝓpter chriſti amorē ꝓprios filios ad occaſionem duci gaudebant: vt daret in multis martyribus. ergo Maria multo magꝭ cum eſſet grē ⁊ charitatis improportionabil'r amplioris p cunctis habuit ſummū gaudiū et ſuauitatez deuotī amoris in chr̄i paſſiōe. ¶ Tertia queſtio incidit Quō ſummū gaudiū: amor q̄ʒ dulciſſimꝰ potuit ſiml' eſſe cū ſūmo dolore in aīa btē Marie: cū hec ſint cōtraria q̄ ſe ñ cōpatiunt̄: vt patet.ij. Periher. ¶ Ad qō rñdet̄ ꝙ vt dicūt Alb. ⁊ Alexā. de Ales: atq̄ʒ Ly. vbi ſ.ꝙ iſta ꝯtraria.i.dolor ⁊ gaudiū nō fuerūt ſm idē. qꝛ dolor fuit in aīa ꝟgis ac compaſſio naturalis ⁊ maternalis affectiōis: q̄ ſm ſenſualitatē ſūmū dolorē faciebat de morte filij ſuſtinere. ſed in ſupiori parte rōnis erat cōgratulatio ⁊ delectatio de hoīs redemptione ⁊ alijs vtilitatibꝰ ꝓuenientibꝰ. Et ſic poſſunt ſimul eſſe hec duo.ſ.dolor ⁊ gaudiū ſm diuerſas ptes id eſt ſm ſenſualem naturam ⁊ rōnalem. qꝛ vnū eſt materia ⁊ via ad alteꝝ. Sicut ⁊ chr̄s dñs ſm partē ſupiorē rationis qua erat cōprehēſor gaudebat de paſſiōe. et tñ ſm partem inferiorem dolebat ⁊ patiebat̄. Et ſic patet. Dicam ḡ cū Bern. in medita. O mirabilis cenſure conditio: exceſſit iniquus ⁊ vapulat iuſtus: deliq̄t homo reꝰ ⁊ occidit̄ pro eo homo deus: flet ⁊ lamentat̄ innocētiſſima virgo mater eius. O dulciſſime Jeſu. O benigniſſima Maria virgo: q̄d cōmiſiſtis ꝙ tāto cruciatui: tot ⁊ tantis afflictionibꝰ addicti eſtꝭ Nos ſumus qui peccauimus: nos qui iniuſte egimus. et tu innocentiſſima ꝟgo cum vnico nato pro nobis doletꝭ ⁊ affligimini. O peccator vide quō patiunt̄ ⁊ flēt ꝓ te Jeſus ⁊ Maria. Cur ergo tu ferreum cor non cōmoueris: non fles p teipo. anima virginis vulnerat̄ dolore: et tu durus reſiſtꝭ. Luge cum Maria: plora ⁊ fle ſuper peccata. Beati eñ qui lugent: quoniā ipſi conſolabunt̄.

¶ Articulus ſecūdus ꝙ magnitudo doloris et martyrij acerbitas in btā ꝟgine Maria oſtēdit̄ ex duodecim cauſis ſubſcriptis.

SEcundū myſterium de magnitudine doloris benedicte ꝟgis. Que nāq̄ʒ exprimere lingua vel quis intellectus capere ſufficiat quantus et q̄ʒ indicibilis fuit dolor in corde benedicte ꝟginis ſup paſſione ⁊ morte dilectiſſimi filij ſui. Licet q̄dem abyſſum eius doloris comphendere nequamus: vt tamē pro modulo noſtro aliquid decohaurire valeamus quo ſaltem ad compaſſionez moueamur ¶ Aduertendum ꝙ duodecim cauſas poſſumus aſſignare ex quibus dolor ꝟginis magnus fuiſſe compit̄: vt ſicut ipſa glorioſiſſima virgo corona duodecim ſtellarū gloriat̄

ita eius dolor ⁊ martyriū.xij.magnalijs ꝑluceat ad eiuſdem virginis gloriam ſempiternā. Et di/uidunt̃ iſte cauſe.xij.in tres quaternarios: vt patebit intuenti.

¶ Primus quaternarius.
¶ Primus martyrij nouitas.
Secūdus ſufferendi diuturnitas.
¶ Tertius paſſi ꝓpinquitas.
Quartus ablati ſublimitas.
¶ Secundus quaternarius.
¶ Primus totalis affectio.
Secundus diuinalis repletio.
¶ Tertius ſingularis ꝑelectio.
Quartus doloris reuerberatio.
¶ Tertius quaternarius.
¶ Primus dilecti p̄ſentia.
Secundus adiutorij carentia.
¶ Tertius iuuandi impotentia.
Quartus facti ignominia.

Pro p̄mo itaq̧ q̄ternario dixi ꝙ p̄ma cauſa magnitudinis doloris btē virginis eſt martyrij no/uitas. Nā de⁹ q̄cq̄d opabat̃ in ỽgine nouū erat: iuxta illud Hiere.xxxj. Nouū faciet dn̄s ſup ter/rā: femina circundabit virū. Et ideo voluit de⁹: vt ſicut ei⁹ mater dilectiſſima erat ỽgo virginū no/uo ⁊ inaudito mō cōcipiēdi: ita eſſet martyr martyrū oēs excedendo ſctōs nouo genere martyrij. Nouū aūt gen⁹ martyrij fuit ỽgo paſſa. ¶ Primo q2 alij martyres paſſi ſunt in corpore. ipſa ỽo in aīa ⁊ corde. Lu.ij. Tuā ipſi⁹ aīam ptrāſibit ⁊c. id eſt pfecte trāſibit. ¶ Scdō q2 alij martyres ſic patiebant̃ vt dolor carnis excederet dolorē men/tis: imo in mēte nō habuerunt dolorē ſed conſo/latione interiori refrigerabantur. iuxta illō Pſ. Prouidebā dn̄m in cōſpectu meo ⁊c. ꝓpter h̄ le/tatū eſt cor meū. In bn̄dicta aūt virgīe dolor cō/paſſionis excedebat omnē dolorē carnis. Unde Bern. Lōge eā plus q̄3 martyrē p̄dicam⁹ n̄ ime/rito: in q̄ ſenſum carnis exceſſit cōpaſſionis affe/ctus: cum ei⁹ aīam ptranſiuit paſſionis gladi⁹. ¶ Tertio q2 alij martyres vulnerabant̃ et torq̄/bant̃ in ꝓpria carne tm̄. btā ỽgo aūt cruciabat̃ et vulnerabat̃ ac torq̄bat̃ in pluribꝫ. q2a Primo in carne filij ſui ab ea ſumpta quā videbat lacerari: vulnerari: et ꝑ ſingula membra paſſione repleri. Eſa.j. A plāta pedis vſq̧ ad ỽticem nō erat in eo ſanitas. Scdō q̄3 in aīa ꝓpria ⁊ corde. Gladi⁹ ſi/q̄dem paſſiōis q̄ ptranſiuit mēbra chr̄i: ptrāſiuit ꝑ compaſſionē aīam ỽginis. Tertio q̄3 torq̄bat̃ etiā in carne ꝓpria: dum ex aīa vis doloris redū/dabat in corpus. qm̄ ſm̄ Ariſt.ij.de aīa. Anima nullā habet opationē quā nō cōicet corpi. Unō Aug.dr̄. Illa q̧ppe pia mr̄ immani dolore eiulās pectora delicata cōtundens: ita ipſa viſcera cete/raq̧ fatigauerat membra: vt iā3 deficiēs: ad chri/ſti fun⁹ vix potuerit ꝑuenire. Un̄ etiā ſctāꝝ mu/lierū manibꝫ ſuſtētata fuit: et ad ſepulcꝝ chr̄i ve/nire nequit cum ipſis.ſ.in die dn̄ice reſurrectiōis

Hic nanq̧ credo ꝙ ipſa p̄ dolore mortua fuiſſ3 et cor eius ſciſſum: ſi ſpūſſancti virtus eam nō cō/ſeruaſſet miro modo. Et ſic patet intenſitas do/loris. ¶ Secunda cauſa ſufferendi diuturnitas Credit̃ em̄ ꝙ ipſa toto tp̄e vite ſue paſſa ⁊ cōpaſ/ſa fuerit: cum ſciret legem ⁊ ꝓphetas in quibꝫ oīa myſteria ad chriſti incarnationē ⁊ paſſionē conti/nebant̃. p̄cipue aūt paſſa eſt a tempore illo q̄ Sy/meonē ꝓphetantē audiuit. Tuā ipſius inq̄t ani/mā ptranſibit gla. Omnia q̧ppe p̄nunciata a ſanctis credidit certiſſime iplēda. Propterea ⁊ Am/bro.exponens ỽbum p̄dictum: dicit ſic. Gladi⁹ iſte eſt gladius diuini verbi. De q̄ apl's Heb.iiij Uiuus inq̄t eſt ſermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabili/or omni gladio ancipite. Iſtū gladiū cor ⁊ aīa virginis ꝓfunde imerſu3 habuit. quia dei myſteria ceteris ꝓfundius penetrauit. et verba dei de chriſti paſſione ac ceteris opibus ſemꝑ in corde medullitus portauit. Lu.ij. Maria cōſeruabat oīa verba hec confe.in cor. O quāto deſiderio glorioſa virgo dei filiū naſciturꝫ ⁊ paſſurū in di/uinis legebas libris: fide intuebaris: lachrymanti/bꝫ deflebas oculis: cōpatiebaris medullis cor/dis: ⁊ ex amore intimo oſculabaris labijs ỽgine/is: vt dicere poſſis illud Pſ. Defecit in ſalutare tuum aīa mea. Defecerunt oculi mei.ſ.p̄ lachrymis. Et illud Cant. Filie hieruſalē nunci. dilecto quia amore langueo. Languor q̄ſi lōgus amor ¶ Tertia cauſa paſſi ꝓpinquitas. Nam quanto quis eſt ꝓpinquior et cōiunctior alicui: tāto ma/gis dolet de ipſius pena. ſed Maria ſuꝑ oīes erat chriſto coniuncta ꝓpinquitate triplici. Prio quidem naturali qua mater vnit̃ filio. quia caro chriſti fuit formata de puriſſimo ſanguine virginis: vt dicit Damaſce. Scdō ſacramētali q̄ aīa chriſtiani deſponſat̃ chr̄o. Oſee.ij. Sponſabo te mihi in fide. Tertio ꝓpinquitate ſpūali qua aīa coniungit̃ deo.j.Corꝫ.vj. Qui adheret deo: vn⁹ ſpiritus fit cum eo. et hoc fit ꝑ gratiam ⁊ charita/tem. Uidens ergo Maria filium torqueri ⁊ carnem eius crudeliter laniari: ac ſanguinē p̄cioſu3 abundanter effundi: diſſecabat̃ in corde. Uidēs eum in anima contriſtari ⁊ lachrymari: vulnera/batur eius anima et a lachrymis continere ſe ne/quibat. Deniq̧ videns diuinitatem tractari tam ignominioſe: lacerabat̃ eius ſpiritus pre dolore cōpaſſionis. vnde dicere poterat illud Thren.j. O vos omnes q̄ tranſitis ꝑ viam attendite ⁊ vi/dete ſi eſt dolor ſil'is ſicut dolor meus. ¶ Quar/ta cauſa ablati ſublimitas. Quanto nāq̧ ab ali/quo auffert̃ magis charum ⁊ amatum bonū: tā/to maiorem ille habet dolorem de ablatione. ſed qm̄ auferebat̃ a ỽgine Jeſu vita quā ſūme amabat ⁊ plus q̄3 ſe charā habebat. vnde ipſa3 amit/tendo reputabat omne bonū: omne ſolaciu3: o/mnē deniq̧ theſaurum ſe amiſiſſe. Et reuera qui amittit Jeſum: omnia bona amittit: vt dicit au/tor li.de interna cōuerſatione. Sine inquit Jeſu

nil habes boni, cum Jeſu diues es ⁊ oĩa habes.
ip̃m amittens: oĩa amiſiſti. Nũ igit̃ nunq̃ȝ alicui
matri potuit eſſe talis fili⁹: nunq̃ȝ tanta charitas
ad filiũ. Ipſa nẽpe v̾go Maria ſciebat q̃lis ſup̾
oẽs eſſet ſuus fili⁹: qꝛ deus ⁊ hõ: et ꝙ de ſp̃ũſctõ
concept⁹: vita innocẽtiſſim⁹: v̾bo dulciſſimus:
aſpectu iocũdo ſuauiſſim⁹: vtpote in quẽ ange/
li deſiderãt ꝓſpicere. j. Pe. j. Et ideo q̃nto nouit
clari⁹: dilexit tenerius ⁊ vulnerata eſt ꝓfundius.
Hunc dolorẽ Bern̄. tractatu de cõpaſſiõe v̾gis
et Anſ. ꝓſequunt̃: dicẽtes i ꝑſona Marie. Aſpi/
ciebã dñm ⁊ filiũ meũ in cruce pendentẽ et mor/
te turpiſſima morientẽ: et tãto dolore vexabar in
mente ꝙ nõ poſſuȝ explicare ſermone: manabat
ſanguis: ligno manibꝫ pedibusq̃ȝ ꝯfixis: de vul
tu eius effluxerat pulcritudo oĩs qui tñ erat ſpe
cioſus p̄ hoim̃ filijs. quia iniquoꝝ erat fedatus
ſputis. Iſte erat dolor mihi maxim⁹ qꝛ videbam
me deſeri ab ip̃o quẽ v̾go cõceꝑam ⁊ genueram:
nec ſuperat ali⁹. qꝛ mihi erat vnic⁹. videbã mori
quẽ dilexit aĩa mea ⁊ tota liq̃fiebã p̄ doloris an/
guſtia. dabã gemit⁹ ⁊ ſuſpiria. flebam dicendo ⁊
plorabã ꝑ v̾ba talia. O fili chare. O benigne na/
te. O amor vnice fili dulciſſime: da mori tecum ⁊
ne derelinq̃s me. Nil mihi dulci⁹ vere q̃ȝ tecũ mo
ri amplexata cruce. et nil amari⁹ certe q̃ȝ viuere ſi/
ne te. Tu mihi pr̃: tu mihi filius: tu mihi ſpõſus
tu mihi theſaur⁹: tu mihi gaudiũ: tu mihi omne
bonũ. Nũc orbor patre: viduor ſponſo: deſolor
ꝓle: oĩa ꝑdo vno ꝑdito te. Hec ⁊ plura talia vbi
s̃. et deuoti cõtemplatores dicunt.

## Capitulum. X.

PRo ſecundo q̃ternario Prima et in ordi
ne ad p̄miſſa. Quinta cauſa magnitudi
nis doloris beate v̾ginis eſt totalis affe/
ctio. In alijs eñ nat̾ affect⁹ maternus nõ eſt to/
talis ſed partialis. qꝛ eſt cũ viro ꝑticipatus. Ex q̃
eñ cõcepti ſunt ex viro ⁊ m̾liere: germanitat̾ di/
lectio partit̃ ad virũ ⁊ mulierẽ. ſed qm̃ btã virgo
ſine viro cõcepit chr̃m: ideo toti⁹ germanitat̾ di/
lectio in ipſa ſola includit̃ ⁊ terminat̃. vñ ipſa to/
tali dilectiõe filiũ ſuũ dilexit. et ꝑ cõſequẽs totali
dolore tenebat̃ cũ filiũ amiſit in paſſiõe. Alie v̾o
matres ſicut partialis germanitat̾ dilectiõe dili/
gunt natos: ita vnico tñ et partiali dolore dolẽt
de coꝝ amiſſiõe. Et ſic in btã v̾gine duplo excel/
ſit naturalis dolor aliarũ matrũ dolores. Pro/
inde Bern̄. ſup̾ Cant̃. d̾t. Eſt ſagitta electa amor
chriſti q̃ cor v̾gis ꝑtranſijt. qꝛ nullã particulã in
pectore v̾ginali vacuã reliq̃t q̃ toto corde dilexit.
Hec ille. Scd̃a vel in ordine Sexta cauſa eſt
gratie diuinalis repletio. Cum eñ dolores Je/
ſu in aĩam influãt nõ niſi ꝑ amorẽ ipſi⁹ ꝑ quem
hõ trãſformari habet in chr̃m. Vñ Hugo de ar
ra ſpõſe dicit. Scio aĩa mea ꝙ amor eſt vita tua
⁊ ꝑ eum in eius quẽ amas ſil̾itudinẽ trãſforma/
ris. Hec ille. Sed qꝛ amor dei nõ eſt niſi ꝑ graȝ
ſp̃ũſſancti: iuxta illud apl̾i Rhom̃. v. Charitas
dei diffuſa eſt in cordibꝫ noſtri̾ ꝑ ſp̃ũmſctm̃. q̃n/
to g̃ quis maiori gratia abundat: tanto in chr̃m
maioris amoris gr̃a trãſformat̃. et quanto ma/
gis transformat̃: tãto ei⁹ dolores q̃s ſenſit ſentit
⁊ cum patiente cõpatit̃. Sed qm̃ vt dicit Hiero.
in ſer. d̾ aſſump. Ceteri̾ ꝑ partes p̄ſtat̃ gr̃a: Ma/
rie v̾o ſe totã infudit plenitudo gr̃e. ergo ⁊ ꝑ cõ/
ſequẽs in eam ſup̾ oẽs ſe totã infudit plenitudo
doloris chr̃i. Preterea Eccl̃i. j. Arenã mari̾ ⁊ plu
uie guttas quis dinumerauit. quia ille ſolus. ſ.
deus Marie dolores ⁊ gr̃am infuſam põt pon
derare qui hec nouit. Hinc ⁊ Thren̄. ij. de ea ſcri
bit̃. Magna eſt velut mare contritio tua. Ter/
tia cauſa eſt ſingulari̾ p̄electio. quia bñdicta vir/
go electa erat a deo ſingl̾ariter ſup̾ oẽs. Ps̃. Ele
git eam deus ⁊ p̄elegit eaȝ. Et ideo omnes ange/
los: omnes patres ſanctos atq̃ȝ oẽs apl̾os: mar
tyres et cõfeſſores ac virgines p̄cellere debuit di/
gnitate: virtuoſitate: gratioſitate: meriti̾: ⁊ p̄mijs.
Ideo Eccl̃i. xxiiij. In plenitudine ſanctoꝝ detent/
tio mea. Quod exponens Bern̄. ait. Bene in ple
nitudine ſanctorum Marie detentio fuit: cui nõ
defuit fides p̄archaꝝ: ſpes ꝓphetaꝝ: zelus apo
ſtoloꝝ: conſtantia martyꝝ: ſobrietas confeſſoꝝ:
caſtitas virginum: fecunditas cõiugatoꝝ: inſu/
per ⁊ puritas angelorũ. Hec ille. Cũ igit̃ debuit
eſſe ⁊ fuit ꝑfecto omniũ excellentiſſima incõpa/
rabiliter ex dignitate materna: idcirco debuit in/
compabiliter eſſe chriſto dolenti cõformis in do
lore et compaſſione: vt indicibiliter maiore oĩbꝫ
gratiam: meritum ⁊ gloriã obtineret. Hinc Eccl̃i
j. Altitudinem celi ⁊ latitudinem terre ⁊ ꝓfundũ
abyſſi quis dimẽſus eſt: quia ille ſolus. ſ. deus
nouit metiri altitudinem glorie Marie: et latitu
dinem gratie ac ꝓfunditatem doloris. Quar/
ta cauſa eſt doloris reuerberatio: quoniã vniuer
ſi dolores ⁊ triſticie filij ſui reuerberabant̃ in aĩ
mã bñdicte virginis. Videbat nãq̃ȝ filium vni/
cum tãdiris cruciatibus expoſitum: totaq̃ȝ men
te conuerſa erat ad eius ſingula vulnera ⁊ leſio/
nes. Unde per ſingula chriſti vulnera ipſa vul/
nerabat̃ in aĩa. Preterea amoroſus Jeſus ſci/
ens ſuam p̄dilectam matrẽ ſic in corde fore vul/
neratam ⁊ dolentẽ: ſumme ei compatiebat̃ ⁊ con
dolebat. ſed et ipſa pia mater vidẽs filium ſic de
ſe ip̃a ſumme dolentẽ: ex amore intimo illi⁹ dolo
ri cõpatiebat̃ ⁊ condolebat. et ſic dolor ei⁹ q̃ſi du
plicatus reuerberabat̃ ⁊ cõuertebat̃ in ſe. Vñ cõ/
pletum eſt in ea illud Ps̃. Aſtitit regina a dex. t.
circũ. varietate. ſ. dolorum ⁊ anguſtiarũ ſui filij.
Idcirco Aug. ad chr̃m loquẽs dicit. Foderis. ſ.
o dulcis Jeſu dir̾ clauis extra: aſperius intra ex
compaſſione virginis matris tecum hec omnia
participanti̾. Hinc ⁊ quo ſupra tractatu de v̾gi/
nis compaſſione Bern̄. in perſona Marie ſcri/
bens dicit. Cum fuiſſem intuita filiũ meum pu/
gnis percuti: alapis cedi: facie conſpui: ſpinis co
ronari: ⁊ opprobrium hominum fieri: commota

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſunt oia viſcera mea et defecit ſpiritus meus: te/
nebar velut emortua ꝛ ſuſtentabar q̄uſq; puen/
tū eſt ad locū vbi crucifixerūt eū an̄ me: ꝛ dirꝫ cla
uis affixū leuauerūt in cruce. Ego vidēs eū ꝛ ipe
vidēs me: dolebat plus de me q̄ꝫ de ſe. vñ et ego
tāto dolore vexabar in mēte ꝙ nō poſſum expli/
care ſermone. Et poſt pauca dicit. Mater ſentie/
bat filij dolores. virgo q̄ pepit: gladiuz patiebat̄
doloris. chri morientis vulnera matrꝫ erant. do/
loreſq; matris chri fuerūt. et dolores nati: matrꝫ
aiam gladiauerunt. Hec ille.

Capitulum. III.

P Ro tertio q̄ternario Prima et in ordine
Nona cā magnitudinis doloris btē vir/
ginis eſt dilecti p̄ſentia. qm̄ vt ſcribit̄ Jo/
han. xix. Stabat iuxta crucē Jeſu mater eiꝰ. Sta
bat inquam ſponſa amoris: mater ſaluatoris. et
ideo ſumme dolebat: cū oculis ſuuz vnicū ſic in
p̄ſentia cruciari cernebat. Plus nanq; q̄libet mr̄
cōdolet d̄ pena filij in p̄ſentia q̄ꝫ in abſentia. Vñ
Bern̄. in Omel'. ſup euangel'. Stabat iuxta cru/
ce ꝛc. dicit. O viſcera materna btiſſima q̄nta fuit
intra vos cōmotio in illo tp̄e cum diſſecaret̄ ocu
lis vidētibꝫ ꝛ laceraret̄ caro illa ſacroſctā q̄ intra
vos tādulciter a ſpūſctō eſt cōpacta. Uere dolor
q̄ ab alijs matribꝫ exprimit̄ in p̄ſentialibꝫ natoꝝ
tormētꝫ exterioribꝫ ſignis ꝛ clamoribꝫ pene totꝰ
intra te o felix mr̄ cōuerſus: viſcera tua inenarra
biliter cōmouit. Nam noueras integrū corpꝰ fi/
lij tui egreſſuz de vtero tuo virginali: et ecce vide/
bas dilaceratū et ꝯſciſſum vulnere ſup vulnus:
manus clauis cōfixas cruci: et pedes pforatos
aclaꝰ: et ſanguinē decurrentē in terram. Itē con
ſueueras d̄ ore illo aureo ſp celeſtia et ꝯſolatoria
v̄ba audire: et ecce audis in cruce p̄ anguſtia cla
mantē. Deus deꝰ meus ꝛc. Uultū ante radiantē
diuio radio cernebas. quia expauit: exaruit: con
ſputus: cruentatus ꝛc. Propterea ipſa btā v̄go
dicere potuit illud Thren̄. j. Uide dn̄e. ſ. deꝰ paṫ
qm̄ tribulor: ſubuerſuz eſt cor meū in memetipa
qm̄ amaritudine plena ſum. Foris interficit gla
dius. i. filio illatū vulnꝰ: et domi. i. in corde meo
mors ſilis. multi em̄ gemitꝰ mei in cor meū me/
rens. Scōa cā eſt adiutorij carentia: qm̄ vide/
bat ꝙ ſuus filꝰ nullū adiutoriū habebat: nec a
patre: nec ab angelis: nec ab homībꝫ. ideo clama
uit in cruce. Deus deꝰ meus vt q̄d dereliq̄ſti me.
O quātū dolorē cor virgīs habebat: cū ſuū vni/
genitū ſic ab oībꝫ derelictū videbat. Unde dicere
poterat illud Job. xix. Fratres meos longe feciſti
a me: et noti mei q̄ſi alieni receſſerūt a me. Ter/
tia eſt iuuandi impotentia. Leuiꝰ nāq; materna
viſcera q̄tiunt̄ cū in paſſiōe natoꝝ iuuamīa affer
re poterūt: aut p ſe: aut p alios. ſed v̄go bn̄dicta
nullū iuuamen poterat afferre filio: qm̄ erat val/
de alte ſubleuatꝰ in cruce. Ut em̄ dr̄ mgr̄ in hiſto.
Crucis lignuz erat erectū in altū. xv. pedū. ꝛ ideo
cum btā virgo manibꝫ tāgere nō poterat: nec ca/
put pre doloꝝ magnitudine inclinatū ſuſtenta/
re: nec lachrymātes oculos extergere: aut vulnꝰ
ligare: aut aliq̄d ſolaciū impēdere. ꝓpter q̄d maxi
mū dolorez habuit. De hoc dolore loquit̄ Anſ.
ita di. Quis extimare pōt q̄nta triſticia: merore ꝛ
dolore vulnerabat̄ cor maternū ſup vnici et na/
turalis filij paſſione quem tācaſte cōcepit: tāgau
dioſe pepit: tādulciter aluit. vidit eum ligatum et
ſoluere nō potuit. vidit corpus vulneratū ꝛ vul/
nus ligare nō valuit. vidit ſanguinē in facie flue
re et abſtergere nequit. caput inclinatū ꝛ ſuſtēta/
re nō potuit. flentē ꝛ pre triſticia cōſolari nequit.
audiuit eum dicere Sitio et ei aquā miſtrare nō
valuit. Hec ille. O virgo dulciſſima: nōne tuum
ſanguinē p̄cioſum eidem tuo filio ſi poſſibile fu
iſſet obtuliſſes: nōne morti teipam ꝓ eo expoſu/
iſſes: nōne ei fameſcēti cibū p̄paſſes: nōne vlnis
circūfouiſſes? Uere credo ꝛ fateor ꝙ oīa ſuſtinu
iſſes vt ei aliquod iuuamen afferre valuiſſes.

Quarta cā eſt facti ig̃minia. qꝛ em̄ videbat ſū/
mā ig̃miniā deo inferri ſūme dolebat: qm̄ deum
ſūme amabat. Quātum putas v̄go doluit cum
deū ſic hūiliatū vidit: ſūme pulcꝝ ſic deformatū:
ſūme dulciſſimū ſic amaricatuz: vt creator oīm a
miſerꝫ hoībꝫ: iuſtꝰ ab iniuſtꝫ tormēta latronū co/
rā notꝫ ꝛ charis talia ꝛ tanta ludibria: verbera: ꝛ
dirā penā pateret̄. O itaq; fidelis aīa plora cum
Maria ſup eiꝰ vnico filio dulciſſimo Jeſu deo
tuo ꝓ te nō ꝓ ſe patiēti. Conſidera tot ꝛ tātas la/
chrymas: ꝛ frange cor tuū ad ploratū. Plorauit
nanq; chr̄s in cruce. plorauit bn̄dicta virgo maṫ
eiꝰ ſub cruce. Deniq; angeli pacꝫ amare fleuerūt
Eſa. xxxiij. Preterea ſol luctū oñdit obſcuratiōe.
petre ſciſſe ſunt ꝛ monumēta apta. Frāgat̄ igitur
tātꝫ exēplis cor tuū lapideū. Audi chr̄m i cruce ti
bi dicētē ſm Bern̄. in hec v̄ba. O hō vide q̄ ꝓ te
patior: ad te clamo: ꝓ te morior: vide penas q̄bꝫ
afficior: vide clauos q̄bꝫ confodior: vide lachry/
mas q̄s ꝓ te fūdo: vt dicere poſſim: qꝛ caligaue/
rūt ocl'i mei a fletu meo. Et licꝫ tātꝰ ſit dolor exte/
riꝰ: eo tn̄ g̃uior eſt interiꝰ dū te ingtū video. Hec
ille. Cōpatere igit̄ ꝛ plora ne ingtus videarꝫ. Si
mēbrū es chr̄i cōpatere capiti chr̄o confixo: cōpa
tere eiꝰ mr̄i dolēti.

Articulus tertius ꝙ beata Maria p gladiū
doloris aureolam martyrij meruit.

# T Ertium myſteri/

um de aureole btitudine. Nam iuxta
p̄miſſa Queſtio occurrit Utrū beata
Maria virgo habeat glorioſam aureolā mar/
tyrij in celo. Nimiꝝ cū aureola debet̄ in celo non
voluntati q̄dem ſed actui: vt tenēt cōcordit̄ doc.
ſup. iiij. ſen. Quō g̃ btā virgo aureolā habet in q̄
nō fuit actꝰ martyrij. qꝛ ipſa nō ſuſtinuit ꝓ chr̄o
mortē illatā p martyriū: vt dr̄ Amb. Nec lr̄a inq̄t
docet: nec hiſtoria Mariā gladio vitaz finiuiſſe.
Reſpondet̄ ꝙ btā virgo Maria meruit habere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in celeſti patria oīm aureolaꝝ p̄mia: vt tenent cō
munit̄ doc. et p̄cipue ꝓbat magnꝰ Alb. ſup Miſ
ſus eſt. ca. cxix. Vn̄ ponit̄ p̄ cōcluſione q̄. ſ. beata
v̄go Maria p̄fulget ī celeſti gl̄ia martyrij feliciſ/
ſima aureola. Et hec cōcluſio declarat̄. Nā vt d̄r
in obiectiōe: ipſius v̄gis martyriū q̄uis n̄ fuerit
ſm actū martyrij p̄ morte illatā corpal̄r ⁊ materi
aliter cōſūmatū: tn̄ q̄ habuit v̄go ſūmū dolorē
in aīa. et ſic exceſſiuū martyriū ⁊ eiꝰ aureolā feli/
ciſſimā p̄ martyrio oīm alioꝝ martyꝝ p̄pōderan
tē h̄re dinoſcit̄: p̄cipue ſalt̄ triplici rōne

Primo q̄ eiꝰ martyriū eſt multiplicīꝰ.
Scd̄o q̄ nobilius vel dignius.
Tertio quia glorioſius.

Primo q̄ bt̄e Marie martyriū fuit multiplicīꝰ
Nam alij martyres paſſi ſunt ſimplicīꝰ martyriū
Ipſa aūt btā mr̄ dei paſſa eſt q̄ntuplex. vicȝ mar
tyriū doloris: cōpaſſiōis: diuini ſermonis: volū
tatis ⁊ memoratiōis. Primo dixi martyrium
doloris. de q̄ Lu. ij. Tuā ipſiꝰ aīam ptrāſi. glad.
Vn̄ Damaſce. d̄t. Ipa btā v̄go dolores q̄s effu
git pariēs ⁊ moriēs: hos in chr̄i paſſiōe ſuſtinu/
it a maternali cōpaſſiōe: viſcerū lacerationē tole/
rans. et quē deū ꝯgnouit p̄ natiuitatē: hūc vt ma
leficū interfectū videns: gladio ceu cogitatōibꝫ
lacerabat̄. Hec ille. Scd̄o paſſa eſt martyriū
cōpaſſionis in multꝭ tribulatōibꝫ ⁊ vulneribus
chr̄i q̄ fuit martyr martyrū. et vltra hec q̄a vulnꝰ
laterꝭ v̄go ſola ſuſcepit in corde doloroſo. Nam
aīa chr̄i iam tunc deceſſerat a corp̄e. ſed aīa Ma
rie erat in corp̄e filij p̄ amorē plus q̄ȝ in corp̄e ꝓ/
prio. q̄ aīa plus eſt ibi vbi amat q̄ȝ vbi animat:
ſm Aug. q̄ ⁊c. Vn̄ Bern. in ſermone de annun/
ciatione dicit ſic. Vere tuam o beata mater aīam
gladiꝰ ptrāſiuit: q̄n̄ crudelis lancea filio iā mor/
tuo latꝰ apuit. ipſiꝰ nimiꝝ aīa iā ibi nō erat: ſed
tua plane auelli neq̄bat vt plus q̄ȝ martyrē te nō
īmerito p̄dicemꝰ: in q̄ ſenſum corporee paſſiōis
exceſſit affectꝰ cōpaſſiōis. Hec ille. Tertio mar
tyriū diuini ſermonis: qd̄ fecit gladiꝰ illiꝰ ſermo/
nis chr̄i dicentis in cruce. Mulier ecce filiꝰ tuus.
Bern. vbi ſ̄. An nō plus q̄ȝ gladiꝰ fuit ſermo il/
le: Mulier ecce filiꝰ tuus. Fuit reuera ptranſiēs
aīam ⁊ ptingēs vſq̄ȝ ad diuiſionē ſp̄ūs. Quar
to martyriū voluntatꝭ qua iuxta crucē ſtans pa/
rata fuit v̄go ꝓ chr̄o ⁊ ꝓ ſalute hoīm martyrium
pati: vt dicit Amb. ſup Lu. ⁊ etiam Anſ. Qui/
to paſſa eſt martyriū memoratiōis. et hoc non tā
momētanee vel breuis tp̄is: ſed diuturne paſſio
nis. Tū q̄ a puericia Jeſu ſp̄ expectauit in ſe im
pleri ꝓphetiā Symeonis de gladio doloris. Tū
q̄ poſt paſſionē chriſti ſp̄ in memoria habuit. et
ex hoc ſp̄ p̄ alijs vulnerabat̄ p̄ dolore ex amoris
chr̄i deſiderio. Scd̄o martyriū bt̄e v̄ginis fu/
it nobilius p̄ alijs martyrijs: ideo q̄ȝ aureola di/
gniſſimū. quia paſſa eſt in aīa que multo nobi
lior eſt corp̄e. Vn̄ multo nobilius fuit v̄gini pa/
ti in anima pro chr̄i amore martyriū. Proinde

Hiero. in ſer. de aſſump. d̄t. Alij ſancti pro chr̄o
paſſi ſunt in carne. btā v̄go in ea p̄te ſui paſſa eſt
q̄ impaſſibilis ⁊ īmortalis habet̄. h̄ eſt: in anima
Idcirco vt verū fatear plus q̄ȝ martyr fuit. quia
atrociꝰ paſſa eſt dū paſſionis chr̄i gladiū in aīa
ſuſtinuit. Hec ille. Tertio martyriū v̄ginis fu
it glorioſiꝰ. Qd̄ ſic oſtendit̄ ſm Alb. q̄a aureola
martyribꝫ debet̄ ꝓ eo q̄ aīam dederūt. ſed h̄ fecit
Maria gl̄ioſiꝰ p̄ ceteris. Prio q̄ dedit ꝓ ſalute
mundi p̄dilectiſſimā animā. i. vitam filij ſui quā
incōpabiliter p̄dilexit q̄ȝ Petrꝰ vel aliꝰ martyr ꝓ/
priā aīam ſuā. Scd̄o q̄ dedit p̄cioſiſſimā aīam
ſcȝ chr̄i: q̄ datio fuit p̄ciū totiꝰ mundi. Tertio q̄a
alij dederūt corpꝰ ⁊ aīam. btā v̄go aūt dedit ad
crucē corpꝰ ⁊ aīam ⁊ diuinitatē. q̄ patet q̄ impro
portionabil̄r gl̄ioſiꝰ accepit in p̄mio aureolē. A
igit̄ gl̄ioſiſſima ora ꝓ nob chr̄m. Amen.

Pars tertia libri tertij de p̄cellenti acerbitate
doloris Marie.

# Tuam ipſius ani/

mā ptranſibit gladius Lu. ij. Hec ver
ba dixit Symeō ad Mariā ꝓ tp̄e pu/
rificationis: quibus oſtendit ꝓphetice ⁊ inſinuat
ſummū amorem ⁊ dolorem Marie. Amorē in
eo q̄ d̄t. Tuā ipſius animā. Gorra exponit ſic. i.
tuam animā que eſt ipſius chriſti filij tui p̄ amo
ris vinculum. Diligebat eīm chr̄s v̄ginem matrē
ſicut animā ſuā. Vel ſic. Tuam ipſius. ſ. chr̄i ani
mā que q̄dē eſt tua p̄ amorē intimū. Diligebat ei
virgo mater animā chr̄i ſicut ſuā: imo impropor
tionabiliter plus q̄ȝ ſuā. Hec Gorra. Item in/
ſinuat ꝓpha Symeō bt̄e v̄ginis dolorē acerbiſſi
mū in chr̄i paſſione: cuȝ ſubdit: ptrāſibit gladiꝰ.
in q̄ notat̄ q̄ dolor Marie nō fuit particularis
ſed vniuerſalis. q̄ nulla pticula ſine dolore fuit.
ſed totā aīam repleuit. Vn̄ Hiero. ſer. de aſſum.
d̄t. Cōſtat q̄ Maria tantū doluit vt totā animā
ptrāſierat ac poſſideret vis doloris. Itē notat̄
etiā q̄ dolor Marie nō fuit ſup̄ficialis ſed vſq̄ȝ
ad cordis intima ptrāſiuit ⁊ oīa oſſa eiꝰ penetra/
uit: q̄m̄ mortē filij fecerat ſuā: vt ait Hiero. vbi ſ̄.
De hac ḡ doloroſitate Marie p̄ter p̄ſcripta: tria
myſteria notabimꝰ.

Primū myſteriū d̄r excellentie.
Secundū d̄r excreſcentie.
Tertiū dicit̄ efficientie.

Articulus p̄mus q̄ dolor q̄ ptranſiuit cor be
ate Marie in filij ſui paſſione ſupauit oīm mar
tyrū dolores in acerbitate.

# Circa primū my/

ſterium. ſ. excellentie queritur Vtrum
gladius doloris quem ſuſtinuit be/
ata virgo Maria in chriſti paſſione fuerit excel/
lentior in acerbitate martyꝝ omnium corporali

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dolore ꝛ paſſione. Ad qđ ꝓtinus rñdeť ꝙ ſic:
ſm Nico. de Lyra. iiij. ſup ſnias circa diſt. xvj. Et
declarať hoc ꝑ plures rões q̃ accipiunť ſeriatī
ex vbis p̄miſſi thematiſ. Prima rõ accipiť ex h̄
ꝙ diciť Luã. et eſt talis. quia btã virgo non fuit
paſſa aliud martyriũ q̄ȝ in dolore compaſſionis
ſup chřo patiente. Si ğ tũc nõ doluit plus q̄ȝ ali
qs martyr. ğ ſuũ martyriũ in celo haberet min⁹ p̄
miũ ꝛ gliam minorē: qđ eſſet cõtra ſententiã Da/
maſceni dicentiſ ꝙ hec ṽgo a nullo illuſtriũ vin/
cit. ſic q̄ȝ illi martyres p̄cellerent in gloria dei ma
trē. quod eſt abſurdũ. Scđa rõ accipiť ex eo ꝙ
diciť: ipſius. talis. quia gladi⁹ doloris paſſionis
chriſti fuit acerbiſſimus ſup oēs martyrũ dolo/
res. iuxta illud Threñ. j. O vos oēs q̃ tranſitiſ ꝑ
viam atten. ꝛ vi. ſi eſt dolor ſi̾is ſic do. me. Sed
qm̄ aiam b. Marie ipſe idē gladi⁹ paſſiõis chři
ptrãſiuit. ğ acerbior fuit p̄ alijs martyribꝫ. Hinc
Berñ. in ſer. de paſſione q̃ incipit Si linguis ho
minũ: dicit ſic. Quod in carne chři agebant claui
et lancea: hoc in ṽginis mente paſſio naturalis
affectionis ꝛ materna anguſtia. Tertia rõ acci
piť ex eo ꝙ diciť: animã. q̄ꝛ maior ē afflictio q̃ pe/
netrat animã ſcindēdo q̄ȝ que carnē. ſed in alijs
martyribꝫ gladi⁹ doloris penetrauit carnē: in vir
gine aũt aniam. igiť ꝛc. Hinc Hiero. Maria in/
quit quia mente paſſa eſt plus q̄ȝ martyr fuit.
Quarta rõ accipiť ex eo ꝙ diciť: ptrãſibit. quia
tanto magiſ ptrãſit animã dolor in amittēdo ali/
quid: q̃nto magiſ diligebať illud. ſed btã ṽgo ſũ/
me dilexit chřm ꝛ ei⁹ vitã: improportionabiliť q̃/
q̄ȝ magis q̄ȝ alij martyres dilexerint ꝓpriã vitã:
imo martyres ipſi nõ diligebant ſed oderãt ꝓpri/
am vitã ꝓpter chřm. iuxta illud Job. xij. Qui ꝑdi
derit aniam ſuã ꝓpter me: inueniet eam. et q̃ odit
aiam ſuã in hoc mũdo: in vitã eternam cuſtodit
eam. Ergo btã Maria plus doluit amittēdo vi
Prima itaqȝ ɔſideratio ſiue q̄ſtio hic occurrēs eſt. Unde exortum eſt in nobis pctm̄ originale ¶ Ad qȝ in ɔtinenti reſpōdet̃ ꝙ a p̄mis parentib' diabolo ſuadēte peccātib' cōtra dei p̄ceptū edendo de ligno vetito. ⁊ maxime principaliter ortū eſt ex ɔſenſu Ade: vt vult Aug. xij. de tri. ⁊ patet in. ij. li. ſniaruz. di. xxiij. Nā licet etiā Eua peccauerit: tn̄ vt doctorib' videt̃ ſi vir nō ɔſenſiſſet: ipſa ſola Eua cōſentiente nō habuiſſem⁹ pctm̄ originale. q2 dicit ap̄l'us. j. Cor. xv. Per vnū hoiem. ſ. Adam mors introiuit in orbē terraz. Ex q̄ patet ꝙ nos originalē culpam ex hoc habemus exortam: q2 pctō p̄mi parentis originali iuſticia p̄uati ſum⁹. quā q̄dez in p̄mis parentib' p omnib' nobis ſuis poſter̄ accepam⁹ ¶ Sed forte dicis. Quid eſt iſta originalis iuſticia quā p̄uat originalis culpa: h̄ ſupeſt vt declaremus. q2 p̄uatiōes nō poſſūt ſciri niſi p habitus. ſm̄ Ariſt. j. Poſte. Uerbi gratia. Nō ſcit̃ q̄d eſt cecitas niſi ſciat̃ q̄d eſt viſus. q2 cecitas ē p̄uatio viſus vel carētia. ſic pctm̄ originale exq̄ nō eſt aliō niſi carētia vel p̄uatio originalis iuſticie: oportz nos ſcire q̄d eſt originalis iuſticia ⁊ hoc ſcito: ſciemus q̄d eſt originale pctm̄: q2 illius iuſticie carentia. Uñ Anſ. li. de cōceptu v̄ginali dicit. Pctm̄ originale aliūde intelligere nequeo in ipis infātib' niſi illā factaz p inobedientiā Ade iuſticie debite nuditatē: p quā oēs ſunt filij ire. Hec ille. ¶ Notandū igit̃ ſm̄ Scotū ſup. ij. diſt. xix. ⁊ xxix. ac cōmuniter doc. ꝙ originalis iuſticia quaz habuerūt: ⁊ in qua creati ſunt primi parentes: erat q̄dam q̄litas ſupnatural' tradita aīe in illo ſtatu. ſ. innocētie p quā plenū ⁊ p̄fectū dominiū habebat ſup vires inferiores ⁊ delectabilius inherebat vltimo fini. ſcȝ deo plene ſubdita dō. Et ita homo tā ex pte corporis q̄ȝ ex pte anime omni rectitudine iuſticie plenuſ: creatorem ſuū plene amabat quē plene intelligebat ⁊ plene ei ſubiect⁹ erat: vt teſtat̃ aurelius Auguſtin⁹ ¶ Eſt igit̃ originalis iuſticia q̄daz hūane nature rectitudo p quaz in illo ſtatu innocētie corpus erat aīe ſubditū ⁊ vires inferiores rationi p oīa q̄ȝdiu aīa ſubdita eſſz ſuo creatori. Sed quoniā ſic hoī creato de⁹ p̄ceptū dedit ne comederet de ligno vetito: al'as morte moriemini inq̄t Geñ. ij. Cui⁹ q̄dem arboris vſus ꝓhibit⁹ eſt hoī: nō q2 ille fruct⁹ eſſz p̄cellētiſſim⁹ in paradiſo. ſed vt homo iſta parua lege a dño accepta regularet̃ tali p̄cepto obediendo atqȝ mereri poſſet vitā eternā ⁊ ɔfirmationem in iuſticia illa originali: ꝙ ſi nō obediret puniret̃ duplici morte. vicȝ tēporali ⁊ eterna. Homo itaqȝ tranſgreſſus p̄ceptū dī amiſit gratiam ⁊ originalem iuſticiam ⁊ incurrit culpā et duplicem mortē: ita ꝙ niſi affuiſſet benignitas ſaluatoris noſtri dei Jeſu chr̄i qui nos redemit ab eterna morte: nunq̄ȝ dei viſionē ⁊ gloriaz celeſtem hō habuiſſet. Ex illa igit̃ tranſgreſſione primi parentis ortū eſt in nobis originale peccatū. ¶ Si queras. Unde erat homini illa rectitudo nature ⁊ originalis iuſticie: ¶ Rñdet̃ ſm̄ doctores cōiter: p̄apue Lyraz ſup Rho. v. ca. ꝙ non erat homini ex principijs nature: cuz corpus humanū ſit corruptibile naturaliter. ſed a deo data fuit in prima hoīs ɔditione: ſm̄ illud Eccl. vij. Hoc ſcio ꝙ a p̄ricipio fecit de⁹ hoīem rectum. Et quia iuſticia eſt quedam rectitudo propter hoc talis rectitudo humane nature bene vocat̃ iuſticia: ⁊ originalis. quia data eſt humane nature in ſua prima origine in poſteros tranſfundenda: ſi Adaz non ꝑdidiſſet. ¶ Sed

diceres: quō iſtud pctm̄ p̄mi parētis tranſierit
ad oēs poſteros: cū ſcriptū ſit Ezech. xviij. Filiꝰ
nō portabit iniq̄tatem pr̄is: ſed aīa q̄ peccaue-
rit ipſa morietur ¶ Ad qd̄ ꝓmus r̄ndet̄ ꝙ illa
autoritas intelligēda eſt q̄tum ad penā eternā
ꝛ poſitiuā. Dico eternā. q̄ꝛ etiā ſm̄ iuſticiā tā di-
uinā q̄ʒ humanā filius portat pcī patris penā
tp̄alem ſepiſſime: iuxta illud Thre. v. Patres
noſtri peccauerūt ꝛ nō ſunt: ꝛ nos iniq̄tates eo-
rūʒ portauimꝰ. Exemplū in diluuio ꝛ ī ſubuer
ſione ſodome: vbi ꝓpter pctā hoīm multi infan
tes q̄ necdū malū ſciuerūt interierūt ꝛ occiſi ſunt
corꝑaliter: nō tn̄ aīa illa q̄ nō peccauit dānata ē
cum illis que peccauerūt q̄tū ad damnationē
gehēnalē eternaʒ. Dico etiaʒ poſitiuā. q̄ꝛ filiꝰ vti-
q̄ʒ iuſte portat iniq̄tatis ipſius patris p̄uatiuā
penam. Naʒ cū aliq̄s habet nobilitatē: ſi eā cō-
mittendo crimen leſe maieſtatis amiſerit: om̄s
ſui poſteri erūt p̄uati eā ꝛ naſcent̄ ignobiles: ni-
ſi poſtea nobilitet̄ aliq̄s poſteroꝝ ꝑ regem de-
nuo. Et ſic dicta autoritas Ezech. minime facit
ad ꝯtrariū ¶ Sʒ adhuc occurrit hic dubiū: vꝫ
hoc ſit vel q̄re ꝙ iſta carentia originalis iuſticie
imputat̄ fore culpabilis nob poſteris Ade. Nā
ꝙ imputat̄ ad penā hoc facile videt̄. q̄ꝛ filij fre-
quenter ꝛ iuſte puniunt̄ ꝑ pctīs parentū: vt pa
tuit. Sed difficilius eſt videre q̄liter imputat̄
ad culpam de cuiꝰ rōne eſt ꝙ ſit volūtaria: aliť
n̄ eſt culpa: vt dic̄ Aug. nō aūt pōt dici volunta-
ria volūtate poſteroꝝ ¶ Ad hoc r̄ndet̄ ſm̄ do-
ctores noſtros ꝑ duo pūcta bn̄ notāda. ¶ Pri
mū eſt ꝙ iſta carētia originalis iuſticie in poſte-
ris d̄ꝛ q̄dem voluntaria volūtate Ade: q̄ nō ꝯſi
derat̄ vt ſingularis ꝑſona ſolū: ſed etiaʒ vt totiꝰ
hūane nature p̄ncipiū a q̄ alij deſcendūt tanq̄ʒ
mēbra eius. Vn̄ ſicut homicidiū manu factuʒ
imputat̄ manui: ꝛ dicit̄ volūtariū a volūtate q̄
eſt in aīa vel hoīe toto: ſic ꝛ iſta carentia d̄ꝛ vo-
luntaria a voluntate Ade in q̄ oēs fuimus ſm̄
ſeminalē rōnem ¶ Secundū punctū ꝙ om̄es
poſteri Ade naturaliter ꝓpagandi obligati fue
rūt ad debitū habēdi originalē iuſticiā. q̄ꝛ h̄ do
nū fuit datū nature hūane. ꝛ nō ſolū ꝑ ſe h̄ acce
pit Adā. ſed ꝑ tota poſteritate q̄ tūc erat ī eo: ita
ꝙ oēs filij eiꝰ in hac iuſticia fuiſſēt ꝓpagati ple-
ni gratia. ¶ Ex aūt Adaʒ hāc iuſticiā ꝑdidit ꝑ ſuā
culpā a debito habēdi nō excuſat poſteros. q̄a
hec fuerat ꝑ modū d̄poſiti fideicōmiſſa toti na
ture. Vn̄ iſta carentia iuſticie quā deberet habe
re q̄libet homo ſibi imputat̄ ad culpam.

¶ Capitulum. II.

His p̄miſſis videndū eſt ſcd̄o quid eſt
pctm̄ originale in nobis. Vbi ſm̄ Frā
ciſcū maro. ac doc. ſup. ij. diſt. xxxij. plu
res ponent̄ v̄itates. ¶ Prima veritas ꝙ pctm̄
originale nō eſt aliq̄ mala actio hoīs ſicut ce-
ra pctā. quia p̄uuli habent pctm̄ originale: iu-
xta illd̄ Ps. Ecce em̄ in iniq̄tatibꝫ cōceptꝰ ſū ꝛc.

ꝛ tn̄ nōdū aliquid mali vel boni agere potuerūt
¶ Scd̄a v̄itas ꝙ pctm̄ originale nō eſt ꝯcubi-
tus patris ꝛ matris vel viri ꝛ mlieris. q̄ꝛ ſi ī cō
cubitu pctm̄ cōmittat̄: illud eſt actuale pctm̄ i-
pſoꝝ. ſ. viri ꝛ mulierꝭ. nec ꝓpter hoc puer p̄nniť
eterna pena. ſʒ puniunt̄ q̄ male egerūt in ipſo.
Nā ſi aīa pueri crearet̄ plena gr̄a ꝛ origiali iuſti
cia oēs mūdi ꝯcubitꝰ nō eſſent cā deturpatōis
talis aīe. verūtamen mediū ꝑ qd̄ ꝯtrahit̄ tale
peccatum eſt concubitus viri ꝛ mulieris. quia
eſt medium cōceptōis humane. ſed hoc eſt me-
diū cōtractiōis pcī originalis remotuʒ ꝛ cau-
ſa ſine qua nō. Mediū aūt ꝓpinquū eſt ex vni-
one aīe cū corꝑe ¶ Tertia v̄itas Peccatū ori-
ginale nō eſt in carne infectio morbida. q̄ꝛ nul-
lum pctm̄ poteſt eſſe in carne ſicut nec iuſticia:
vt declarat Anſ. lib. de ꝯceptu virginali. ꝛ etiaʒ
q̄ꝛ cum anima intellectiua nō ſit educta de potē
tia materie ſed a deo īmediate creata ſp̄ualis: n̄
pōt inficī a carne infecta. q̄ꝛ nō eſt ſuſceptibilis
q̄litatū corꝑaliū. vn̄ caro infecta nō p̄uat aīam
tali iuſticia originali: ſed ip̄a lex diuina q̄ oēs fi
lios Adā poſt pctm̄ artat. ¶ Quarta veritas ꝙ
pctm̄ originale nō eſt rebellio ſenſuū ꝯtra rōeʒ
nec eſt reatꝰ ad penaʒ dāni ſeu obligatio. q̄ꝛ ta-
lia nō ſunt pctm̄ formaliter originale: ſed ſeque
la eius. ¶ Quīta v̄itas. Peccatū originale nō
eſt appetitus ſiue inclinatio mediāte q̄ aīa deſi
derat vniri corꝑi infecto. nec eſt formaliter ipſa
vnio aīe ad corpus. quia cum talis inclinatō
ſit anime naturalis nō poſſet amoueri ꝑ paſſi
onē chr̄i niſi anima intellectiua deſtructa. vel ſi
eſſet illa vnio anime ad corpꝰ nō poſſet amoue
ri ꝑ chr̄i paſſioneʒ niſi priꝰ aīa diſſolueret̄ a cor
pore. ꝛ tn̄ manēte iſta vnione et inclinatiōe dilu
itur pctm̄ originale ꝑ paſſioneʒ chr̄i ¶ Sexta
veritas ꝙ pctm̄ originale formaliť nō eſt quid
poſitiuū. vnde nō eſt habitus corruptꝰ vt aliq̄
fingunt: licet qn̄q̄ʒ ip̄m doctores nominēt tali-
bus q̄ ſonant poſitiuū vt cōcupiſcētia: fomes:
feditas ꝛ ſimilia. Talia ei dicit̄ de eo nō forma
liter ſed ꝑ cōꝑationē ad aliquid. ¶ Ratio huiꝰ
v̄itatꝭ. q̄ꝛ ſi eſſʒ q̄d poſitiuū deberet̄ ei pena po
ſitiua ꝛ nō tm̄ p̄uatiua vel damni qd̄ eſt falſuʒ
¶ Itē om̄e poſitiuū eſt effectiue a deo vt ab oi-
bus cōcedit̄. Aut ergo deꝰ tale poſitiuū ad pec-
catū originale ꝑtinēs ꝓducit imediate. ꝛ ſic eſſʒ
cauſa mali ſe ſolo ꝛ obliq̄tatis vicioſe q̄ ē in pec
cato originali. aut ꝓducit ſecunda cauſa cōcur
rente. ibi aūt nil ꝯcurrit. nō p̄mus parens q̄ꝛ il
le nō eſt in re: nec ꝓximꝰ parēs eadē rōe: nec ip̄e
cōtrahēs originale. q̄ꝛ ſic potiꝰ diceret̄ actuale.
¶ Item q̄ꝛ habitus corruptꝰ eadē fomes ꝛ q̄li
tas morbida: quōcunq̄ʒ nominet̄: ſtat cū gra-
tia poſt baptiſmū. peccatum aūt originale non
¶ Septima veritas ꝙ ſicut diffinitū eſt pte. j.
huius ti. arti. ij. ca. iij. peccatum originale in no
bis formaliter non eſt aliud q̄ʒ pura carētia o-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ginalis iusticie debite in p̄mis parentib9 amisse ex trāsgressiōe legis deriuata in oēs naturaliter ꝓpagatos. Vñ carentia originalis iusticie cum debito habendi eā est pctm̄ originale: ita ꝙ debitum habendi est formale ibi.

## ¶ Capitulū. III.

Tertio videndū est q̄liter maculatˀ vel inficitˀ aīa per pctm̄ originale. Nam circa h' occurrūt obstacula que videntˀ impedire ne contrahatˀ peccatū originale. ⁊ ideo Augustin9 valde disputat in hac materia. Nam aīa pueri non est ꝓpagata a patre vel matre pueri sicut caro: cū sit supnaturalis forma: nec ē de corpore educta sicut alie forme: cū sit separabilis. sed est a solo deo creata sicut angeli: ideo nō videtur quomō contrahat aīa a sua origine aliquā maculā sicut nec angel9. ¶ Ad qd̄ rn̄detur ꝑm Fran. maro. ꝙ licet aīa rōnalis non sit a parentibus vel carne causaliter: tm̄ bene est occasionaliter. Et ideo sicut cleric9 q̄ntuncunq; regularis a se efficitur irregularis si ꝯtrahat matrimoniū cum muliere corrupta. extra de bigamis. c. nup. ⁊ c. vl. sic spūs noster qn̄ desponsat sibi carnē in Adā corruptam. Ista aūt desponsatio est per naturalem vniōis ipsius consensum. Sed oritˀ difficultas qa anima talē consensum ⁊ mr̄imoniū vitare nō pōt. ¶ Ad qd̄ dr̄ ꝙ ideo non punitˀ pena positiua sed tm̄ priuatiua. sicut iudex iuste iudicās: iuste hanc ꝑuatiuā penā incurrit ꝙ efficitˀ irregularis nec punitˀ pena positiua. Hec Frā. maro. Sz forte dicis. Ego nō capio ꝙ aīa nostra inficiatˀ ⁊ maculetˀ originali pctō qd̄ contraherem9 a parentibus marie baptisatis. qꝛ nihil dat alteri qd̄ non habet ipse: sicut dicit p̄hus. j. Elen. sed parentes mūdati in baptismo non hn̄t originale. g̃ ⁊c̄. Ad qd̄ rn̄detur ꝙ sic dr̄ Aug9. de fide ad Petrū. Firmissime tenendū est ꝙ q̄libet filioꝝ Adā naturaliter ꝓpagat9 in pctō originali cōcipitur: sicut multe docēt autoritates. vn̄ Ps. Ecce eīm in iniq̄tatib9 cōceptus sum: ⁊ in pctīs cōcepit me matˀ mea. Et apl's Eph. ij. Eram9 natura oēs filij ire Et cete. Sicut in adā oēs moriuntˀ: ita ⁊ in chr̄o oēs viuificabuntˀ. j. ad Coꝝ. xv. Item Rhom. v. Vni9 delicto multi mortui sūt ⁊c̄. ¶ Ad illud vero qd̄ obijcitur de parentib9 q̄ mundati sūt in baptismo quō immūdos filios generant. Rn̄detˀ ꝑm doctores: ꝑcipue Lyrā sup ep̄l'am ad Rho. v. ꝙ exq̄ parentes nō generāt filios ꝑm esse grē vt sūt mēbra christi. sed generāt ꝑm esse nature corrupte in q̄ sunt mēbra Ade. ⁊ qꝛ generās hmōi generat sibi silē. ideo Adam generauit sibi siles in esse nature destitute originali iusticia cū debito habendi eā. Et eadē ratione oēs posteri generāt sibi siles cū tali defectu. qa descendim9 ab Adā ꝑm carnē. Et sic pctm̄ originale ꝓuenit ex carne causaliter: licet sit in aīa subiectiue ⁊ formaliter. Nec infligitˀ a parentib9: sed a iure diuino regulante: vt infra dicetˀ. ¶ Ad id cape exēpla. Nā vidēm9 ꝙ granū frumenti licet sit mundatū a palea: tm̄ si seminatˀ in terra ꝓducit nō sine palea granū. ita in ꝓposito. Item in hūana genealogia ignobilis generat ignobilē: nisi postea talis priuilegio p̄ncipis nobilis fiat. sic generati ab Adā qui ꝑdidit nobilitatē iusticie. s. originalis: nascūtur cum defectu hmōi ignobilitatis: nisi postea a deo nobilitentˀ ꝑ baptismi grām ad ꝯseq̄ndā hereditatē celestē. ¶ Rn̄detur ꝑm Fran. maro. Cōuenientior silitudo est ista. Sit ciuitas aut ꝓgenies obligata tributo vel seruitio ꝓpter peccatum alicui9 parentis eoꝝ: tunc oēs filij eoꝝ isto modo nascuntur obligati vel serui. Et si dn̄s vel rex illius ciuitatis cōcedat priuilegiū tale ⁊ dicat Quencunq; ascripsero militie mee efficiatˀ liber ipse tm̄: ita ꝙ filios q̄s ꝓcreabit remaneant in p̄stina s̄uitute vel obligatōe tributi: nisi ⁊ ipsi aliquando ascriberentˀ ad militiā meā. sic quilibet homo nascitur seruus pcti ⁊ obligat9: nisi ascribatur militie celestis regis in baptismo in ꝓpria ꝑsona. Et sic patet ꝙ nō sufficit si baptisati sūt parentes ab originali.

## ¶ Capitulum. IIII.

Quarta cōsideratio a q̄ infligitˀ pctm̄ originale. ¶ Ad qd̄ rn̄detur ꝑ q̄ttuor veritates p̄cipuas ꝑm Fran. maro. ⁊ cōiter doctores. ¶ Prima est ꝙ pctm̄ originale nō infligitur a deo aīam creante. Ratio: qꝛ oīs creatura dei bona est: ꝑm apl'm. j. ad Timo. iiij. Item dei filius oīe qd̄ in nostra natura plantauit assumpsit. vt dr̄ in. iij. dist. xv. sed nō assumpsit originale pctm̄. seq̄tˀ ergo nō inesse nob a deo. Hec veritas ꝑm Bona. sup. ij. di. xxxij. intelligēda ē de originali pctō q̄ntū ad culpā. Nā de originali peccato dupliciter loq̄ possum9. Vno modo ꝙ est culpa. ⁊ sic a deo esse nō potest: cū ipse non possit esse causa mali vel pcti inq̄ntum tale. Alio modo ꝑm ꝙ originale pctm̄ est pena. ⁊ sic ad culpā p̄cedentē ordinatur ⁊ causam ꝓmerēdi habet ex inobediētia eni homo talē penam demeretˀ ⁊ sic a deo est qui ex iusticia sua ad illō ordinat. Hec Bonauē. Hec etiā veritas declaratur ꝑ exemplū. Nam cōtrahens cū corrupta efficitur irregularis extra de bigamis. nup. Et huius irregularitatis causa nō est ipse sacerdos eos copulās de cōsensu vtriusq;. sed lex data in iure. sic nec de9 desponsans vel copulans animā carni de cōsensu vtriusq; naturali erit causa irregularitatis originalis peccati. ¶ Secūda veritas est ꝙ peccatū originale non infligitˀ a patre vel matre: qa ipsi mundati sunt in baptismo a pctō originali. ⁊ ideo nō dāt quod nō habent. j. ⁊. ij. Elenchoꝝ. Item frequenter cōtingit ꝙ pater mortu9 est anteq̄ fili9 contrahit originale peccatū formaliter. Nā contrahitur in t̄pe animatōis que in viris fit. xl. die ꝑm Augusti. ⁊ potest esse ꝙ ante. xl. diem cōceptionis pueri pater moriatˀ. sequitur ergo ꝙ nō est a patre. ¶ Tertia veritas ꝙ peccatū originale nō



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inſligiť a carne: ſicut corpus inq̄natur a ſordido veſtimento: qꝛ ſicut ſolis radius nullū inquinamentū a rebus corꝑalibꝫ recipere pōt: multo minus lux ſpūalis ab aliq̄ corꝑe. i. aīa nr̄a a carne inſici valet. ¶ Quarta vitas affirmatiua ꝙ peccatū originale inſligiť ab ipſo iure regulante ⁊ diuina lege artante. Sicut em̄ q̄ naſciť ex thoro illegitimo incurrit notā irregularitatꝫ ne poſſit aſſumi ad ordinē clericoꝝ: niſi cū eo diſpenſeť: vt patꝫ diſt. lvj. Cenomanēſem. ⁊ extra. q̄ filij ſł legitimi. c. per venerabilē. ⁊ de exceſſibꝫ prelatoꝝ. inť dilectos. ſic lege diuina artante oīs qui naſciť ex carne in Adā adulterata cōtrahit notā culpe originalis: ne poſſit aſſumi ad ordinē angeloꝝ: niſi cū eo diſpēſeť ſcꝫ ꝑ baptiſmū flumīs: flamīs: vel ſanguis: qꝛ per q̄dlibꝫ baptiſma ꝓdictoꝝ diluiť originale pctm̄.

¶ Capitulū. V.

Quinta cōſideratō: qn̄ ꝯtrahiť pctm̄ originale. Et rn̄deť ꝙ in inſtanti cōceptionis hūane. iuxta illud Ps. Ecce em̄ in iniq̄tatibꝫ cōceptus ſum. Sed circa h̄ Nota ſm magr̄m in. ij. diſt. xxxj. ꝙ dupl'r accipitur hoīs cōceptio. Primo ꝓ ipſa carnis ꝓpagatōe. qn̄. ſ. embryo ꝯcipitur vſqꝫ ad infuſionē anime excluſiue Alio mō ꝓ ipſa aīatione. i. qn̄ aīa infunditur ⁊ corꝑi vniť. Itaqꝫ cū dr̄ ꝙ pctm̄ originale ꝯtrahitur in ꝑmo inſtanti ꝯceptōis: non eſt intelligēdū de inſtāti ꝓpagatōis carnis: qꝛ tunc ſcꝫ an̄ animationē nondū eſt ibi originale pctm̄: q̄a pctm̄ non hꝫ eſſe: niſi in ſuꝑiori parte rōnis. vt infra diceť. ſed intelligendū eſt de inſtanti aīatōis.

¶ Capitulū. VI.

Sexta igr̄ cōſideratō: vbi hꝫ eſſe peccatū originale. ¶ Ad qd̄ rn̄deť ꝙ ſm Fran. maro. ꝑ plures vitates. ¶ Prima ē ꝙ pctm̄ originale nō habꝫ eſſe ī carne tanq̄ꝫ īfectio morbida: qꝛ pctm̄ omne eſt ſpūale ⁊ non corꝑale. Un̄ ſicut nec iuſticia pōt eſſe in carne ſola: ita nec peccatū. iuxta illud Anſ. de concep. virgina. Caro per ſe malū neſcit caro ꝑ ſe mortua q̄ſcit. Et ſi dicas: tn̄ magr̄. in. ij. diſt. xxx. dicit peccatū manere in carne. Rn̄detur ꝙ pctm̄ originale dicitur eſſe vel manere in carne: ſolū ſm cauſaꝫ nō ꝙ caro culpā per ſe habeat vel actū culpe. ſed q̄a habet cauſaꝫ culpe originalis. Nam qn̄ caro cōcipitur ſm legē cōmunē ex libidinoſa cōcupiſcentia pollutionē quandam cōtrahit que viciū ſeu corruptio carnis appellať. ⁊ ſic cū aīa infunditur tali carni corrupte pctm̄ originale cōtrahit ⁊ maculatur: nō quidē a carne inq̄nante ꝑ qualitatē morbidā eo modo q̄ inquinať corpꝰ a ſordido veſtimēto: vt dictū eſt quarta ꝯſideratiōe. ſed maculať aīa ⁊ cōtrahit originale pctm̄ ab ipſo iure regulante: non niſi mediante carne ꝓ tanto. qꝛ vnitur carni in Adā corrupte: ⁊ qꝛ ſm carneꝫ eſt filius Ade ob qd̄ eſt debitor originalis iuſticie: vt notat Scotꝰ vbi ſ. ¶ Scd̄a veritas ꝙ peccatū originale habet eſſe in ſuꝑiori parte aīe rationalis ⁊ nō inferiori: nec in aīa ſenſitiua. Ratio. quia in eodem eſt reatus ad penā ⁊ ipſa pena. Pena aūt damni eſt ī portōe ſuꝑiori vbi eſſe habꝫ gloria btitudinis: cuius carentia vel ꝑuatio eſt ipſa pena damni: qm̄ ꝑuatiua habēt fieri circa idem ſubiectū: vt dicit Ariſt. ij. ꝑiher. ¶ Tertia veritas ꝙ pctm̄ originale eſt in voluntate ⁊ non in intellectu. quia iuſticia ⁊ iniuſticia habent fieri circa idem ſubiectū. ſed iuſticia eſt ī voluntate. ⁊ oē pctm̄ eſt aliq̄ iniuſticia. igiť ⁊c. Hanc deductionē facit Anſ. Et ſic patꝫ ꝙ pctm̄ originale eſt in ſuꝑiori pte rōis ⁊ in voluntate vbi habet eſſe meritū vel demeritū pena vł glīa

¶ Capitulū. VII.

Septima conſideratio qui ſunt illi q̄ contrahūt peccatū originale. Pro q̄ notādū ꝙ ſicut declarat egregiꝰ doctor Iohānes de Segobio in editōne Concilij Baſilien. tria requirunť ad hoc vt quis peccatū originale contrahat.

¶ Primo parentū tranſgreſſoꝝ generatio
¶ Secūdo naturalis ab eiſdē ꝓpagatio.
¶ Tertio diuini decreti coartatio.

Primo inquā requiriť vt talis ꝑ generationeꝫ deſcēdat a parētibꝫ trāſgreſſoribus ꝯtra legem a deo datā homini. Nā ſi parēs noſter Adā nō fuiſſet trāſgreſſus ꝓceptuꝫ dei de ligno vetito: nos filij eius nō cōtraxiſſemus origīale peccatum: qd̄ deriuatū eſt in nos ex actuali peccato ꝑmi parentis. vt in diffinitiōe originalis peccati ſupra tactuꝫ eſt. Itē ſi deus denuo formaret vnum hominē: non de carne primoꝝ parentū noſtrorum ſed aliūde: talis eſſet ſine originali. Et ſm doctrinā Scoti ſuꝑ. ij. di. xxxij. ſi Adam nō peccaſſet: et poſtea Cain eius filius natus peccaſſet: ſolum poſteri vel filij a cain nati contraxiſſent originale peccatū deriuatū in eos ex peccato actuali parentis ipoꝝ. ſ. cain. Filij vero Adam alij non cōtraxiſſent. ¶ Secūdo requiritur ꝙ ab eiſdem parentibus trāſgreſſoribꝰ naturaliter ꝓpageť. quia ſi quis ꝓpagareť ab adā ſuꝑnaturali modo nō ꝯtraheret origīale peccatū: vt patꝫ de chriſto: q̄ licꝫ ab Adam duxerit originem: tn̄ ex modo ſue generatōis nō potuit cōtrahere peccatū originale: eo ꝙ nō naturaliť eſt generatus: ſed virtute ſpūſſancti ſuꝑnaturaliť de virgine ſine viro eſt natus ⁊ cōceptus. Unō Leo papa in ſermōe de natiuitate dn̄i dicit. Solus inter filios hoīm dn̄s noſter Ieſus chriſtꝰ innocens natꝰ eſt. qꝛ ſolus ſine carnali cōcupiſcētia cōceptus factus eſt hō. Et ideo ſm Sco. in. iij. di. iij. ſi chriſtus fuiſſet purꝰ hō ⁊ nō deus qꝛ tn̄ miraculoſe natus eſt de virgine: nō ꝯtraxiſſet originale peccatū. ¶ Tertio requiriť ꝙ talis naturaliter ꝓpagatus ꝑ diuinū decretū vł ſniaꝫ arteť. qꝛ ſi q̄s ſpeciali ꝓuilegio a cōmuni lege vł decreto ſpeciali gratia dei ꝓueniente vel preſer

uante eximat̃: nõ ꝯtrahit originale pctm̃. ¶ Et ꝓpt̃
hoc ſm noſtros doctores licet btã virgo ex mo/
do ſue ꝓpagatõis habuiſſet vnde cõtraheret ori
ginale pctm̃ eo ꝙ naturaliter ex Joachim ⁊ An
na ſit ꝓpagata. tñ q꞉ grã dei in eius aĩa cõcreata
eam pſeruante merito ꝑuenientis chriſti ipſa le/
ge nõ artabat̃. ſed exempta erat: non cõtraxit pec
catũ originale. Vñ ad queſitũ rñdetur: cum ſcꝫ
q̃ritur: q̃ ſunt illi q̃ cõtrahũt pctm̃ originale. Re
ſpondet ſm Frã. maro. ꝙ circa hoc q̃tuor leges
ponunt̃. ¶ Prima lex cõis eſt eoꝝ oĩm genera/
liter q̃ in vtero matris cõmuni lege ꝓpagati ſunt
⁊ tales oẽs contrahunt. ¶ Scd̃a lex eſt ſpecia/
lis eoꝝ qui in vtero matris ſanctificant̃: ⁊ tales
ꝯtrahunt quidẽ in ſua cõceptione originale pec
catũ. ſed poſtea ꝑ diuinã gratiam ſanctificanteꝫ
mundant̃. Tertia eſt lex ſingularꝭ: qñ quis na/
tus cõtraheret de ſe. ⁊ ex modo ꝓpagatõnis: pre
ſeruatur tñ ſingulari grã preueniente: ſicut poni
tur in matre dñi. ¶ Quarta eſt lex ſupnaturalis
qñ quis nec cõtrahit: nec natus eſt cõtrahere ex
modo ſue ꝓpagatõis: ſicut eſt chr̃s de ỽgine na
tus. Idcirco dicit Aug⁹ ſuper Job. ⁊ Leo papa
vbi ſ͂. Ipe ſolus inter filios hoim fuit agnus q̃
ſolus innocẽs natus eſt. ſcꝫ ex modo ſue gene/
rationis. q̃a ſolus ſupnaturaliter natus de vir/
gine. Nec ꝑ hanc autoritatẽ negat̃ qñ btã virgo
ſit etiã innocens ꝯcepta per ſpẽalem grãm pſer/
uatẽ. ¶ Ex premiſſis oĩbus elucidari põt: quo/
mõ potuerit cõcipi ſine pctõ originali b. ỽgo ⁊ q̃
modo fuit de facto pſeruata: nõ obſtante natu/
rali ꝓpagatõe. quod claret ſi ſingulas cauſas ꝓ/
miſſarum queſtionũ ⁊ conſiderationũ penſam⁹
Nam ſi aduertimus ꝑmo vnde ortũ habuerit
originale pctm̃ in nobis. quia vicꝫ ex pctõ ꝑmo
rum parentũ quo priuati ſumus originali iuſti
cia. ex hoc plane accipi põt ꝙ ipa excipi potuit a
dãnatione illius pcti per gratiã ſpecialem: ſicut
et exẽpta fuit a maledictõe prime mulierꝭ. ſcꝫ In
dolore paries filios ⁊c̃. Itẽ licet ipſa caruerit ori
giali iuſticia: potuit tñ habere ⁊ de facto habuit
in ꝑmo inſtanti creatõis aĩe ſue gratiã que equi
ualet q̃tum ad acceptationẽ diuinam originali
iuſticie: vt per hoc ꝙ q̃s habet gratiam non inſit
ei originale pctm̃: ſicut lati⁹ dictũ eſt parte. j. hu/
ius libri. ar. ij. ca. iij. ¶ Item ſi aduertimus ſecũ/
dam conſiderationẽ. ſ. quid ſit originale peccatũ
in nobis. Similiter ⁊ tertiã ſcꝫ qualiter inficiat̃
aĩa per peccatũ originale: clareſcit q̃a ſpeciali dei
dono ⁊ ꝑuilegio bñdicta virgo pſeruari potuit.
⁊ de facto diſpenſari cũ ea maternus honor exi/
gebat. ¶ Itẽ ſi aduertimus quartã cõſideratio/
nem ſcꝫ a quo infligit̃ originale peccatũ: q꞉ non
niſi a lege diuina: cũ deus non ſit aſtrictus ſuis
legibus: clarũ eſt quia potuit eam eximere ſpeci/
ali priuilegio a cõmuni lege: qḋ ⁊ fecit. ¶ Item ſi
penſamus quintã ſcꝫ quando ꝯtrahit̃ originale
pctm̃. ſcꝫ q̃a in inſtanti animatõis. Eodem mo/
do ⁊ ſextam. ſ. vbi habet eſſe originale peccatũ:
quia nõ in carne ſed in ſuꝑiori portione aĩe ra/
tionalis clarere poteſt: q꞉ ex quo caro beate vir
ginis in cõceptõe añq̃ꝫ aĩata fuit origiale pecca
tũ nõ habuit niſi radicaliter ⁊ ſm cauſam ꝓ q̃n
to ex Adam naturali modo concepta fuit: ⁊ nõ
ſm actum vel effectũ: cum tũc nõdum aĩa crea/
ta fuit in qua originale eſſe habet. In inſtãti au
tem aĩationis quõcũqꝫ accipias origiale pec
catũ: ſiue ꝓ infectione cõtracta in aĩa ex vnione
ad carnẽ ſeminatã ꝑ actum carnalis cõcupiſcẽ/
tie: ſiue ꝓ carẽtia originalis iuſticie debẽtis in/
eſſe ꝓrincipſi anime ſm Anſ. nullo modo ipi⁹
aĩa originale peccatũ cõtraxit. quia ſi ꝑmo mõ
accipiat̃ peccatũ originale: de⁹ potuit a tali in/
fectione carnẽ mundare ante animationẽ: iuxta
illud Job. xiiij. Quis poteſt facere mũdũ de im
mundo conceptũ ſemine: nõ. ⁊c̃. Et dato ꝙ nõ
mũdauerit: anima tanq̃ꝫ lux ſpiritualis nõ cõ/
trahit ſordes a corpore ſicut a ſordido veſtimẽ
to: vt patuit ſupra. Similiter ſi accipiat̃ origi/
nale peccatũ ſecũdo modo: potuit de⁹ in inſtan
ti creatiõis aĩe ꝯcreare gratiã cũ illa anima: qḋ
⁊ fecit: vt eſſet grã plena ⁊ tota pulcra ac amica
dei que ab eterno erat dilecta ⁊ electa. ⁊ ſic aĩam
in gratia exiſtentẽ infundendo corpori. Et hoc
modo nõ fuit beata virgo debitrix original' iu/
ſticie in conceptõe vel animatione. Habuit eñi
donũ equiualens ſcꝫ gratiã. Hec ſm Scotum
ſuꝑ. iij. diſt. iij. ¶ Denicꝫ ſi aduertim⁹ conſidera
tionẽ ſeptimã. ſcꝫ qui contrahũt originale: ſibidẽ
dictum eſt. quia ipſa ſingulari lege priuilegiata
fuit. Quod ⁊ poteſt tali ratione pſuaderi. quia
btã virgo tenuit medium tanq̃ꝫ mediatrix inter
chriſtũ ſub quo erat: ⁊ inter nos cõẽs homĩes
ſuꝑ quos erat. Ordo igit̃ ⁊ decor vniuerſi req̃
rebat vt ſicut fuit in mũdo vna pſona que om̃i
no immunis fuit ab originali pctõ tam carne
q̃ꝫ aĩa. ſ. chriſt⁹. ⁊ etiã erat pſona que vtroqꝫ mõ
habet origiale pctm̃. ſ. oẽs cõiter hoĩes. ſic eſſꝫ ꝑ
ſona media. ſ. Maria q̃ q̃dãmodo hẽt origia
le peccatũ. ſ. in carne vel in cauſa ꝓpt̃ naturalem
modũ ꝓpagatõis: ⁊ quodãmõ nõ haberet origi
nale peccatũ. ſ. in aĩa vel in effectu. O itaqꝫ felici/
ſima Maria virgo mũdiſſima: in qua nulla ẽ
macula: memento quia te deus elegit ab eťno
vt ſis mater puriſſima ⁊ humani generis medi
atrix ⁊ aduocata. Eia ergo o pijſſima dña vni/
ca ſpes noſtra: tuo filio nos recõmenda: ⁊ illos
tuos miſericordes oc̃los ad nos cõuerte: ⁊ Je
ſũ bñdictũ ventri tui fructũ in celo nobis fruẽdũ
ſine fine ꝯcede. O clemẽs: o benigniſſima: o dul
ciſſima Maria: da nob ꝑ tua merita vt q̃ te pu
rã ab oĩ pctõ credim⁹: ꝑ te purificati a pctis tecũ
vna cũ dulci ieſu tuo nato cõregnare valeam⁹.

¶ Articulus ſecundus de ſoluendis difficulta
tibus circa hanc materiã occurrentibus.

SEcūdū myſteri-
um dicit̄ ſoluēde difficultatis. ¶ Cir-
ca pmiſſa nāqȝ ſeptē p̄cipue occur-
rūt difficultates q̄bus aduerſarij
ſolēt opponere ⁊ nitunt̄ pbare ꝙ .ſ. btā v̓go fue-
rit ꝯcepta in pctō originali. Et iſtud nobis ſup-
eſt vt vicȝ ipās difficultates ſoluamus: qb9 ſo-
lutis faciliime patebit reſpōſio ad oīa que in cō-
trariū poſſent argumenta adduci.
¶ Prima difficultas de v̓ginis ſcificatione
Secūda de virginis liberatione.
¶ Tertia de eius redemptione.
Quarta de penarū inflictione.
¶ Quīta de ſingulari chri p̄uilegio ⁊ honore
Sexta de ianue celeſtis clauſione.
¶ Septima de mł'toꝝ ſctōꝝ ꝯtraria aſſertione
Prima nāqȝ difficultas occurrit de virgis bn̄-
dicte ſcificatione. Nā ipa vere ſcificata dicitur
in vtero materno: iuxta illud ps. Scificauit do-
min9 tabernaculū ſuū .i. Mariā. Sed ſi btā v̓-
go nullo pctō fuit infecta: nō videt̄ quō ipa dici
valeat ſcificata vł purgata. Sȝ hec difficultas
ſoluit̄: qꝛ ſepi9 in ſcptura dr aliq̄d eē ſcificatum
vel purgatū: nō ab aliq̄ p̄uia macła q̄ iexiſſet
tali rei: cū nullā infectionē habuerit. ſicut exēpli
ḡtia: angeli boni dicunt̄ ſcificati Eſa. xiij. Mā-
daui ſcificatis meis. Glo. .ſ. ſctis angelis meis:
⁊ tn̄ ſine vllo pctō. Itē chriſt9 dr ſcificatus Jo-
han. x. Quē pater ſcificauit ⁊ miſit in mundū
vos dicitis qꝛ blaſphemas: qꝛ dixi fili9 dei ſū.
⁊ tn̄ chriſtus a nullo pctō fuit mūdat9 q̄ nunq̄
potuit infici pctō. Itē angeli dicunt̄ purgari. qꝛ
ſcḋm Diony. de angelica hierarchia tres ſūt act9
hierarchici. purgare: illuminare ⁊ pficere. Deni-
qȝ ſancti i ḡlificatiōe dicunt̄ purgari. Malach.
iij. Purgabit filios Leui q̄ſi aurū: ⁊ colabit eoſ
q̄ſi aurū ⁊ argentū. ⁊ tn̄ cōſtat in angelis bonis
⁊ etiā i ſctis ḡlificatꝭ nullū eſſe peccatū. Preterea
ipſa bn̄dicta virgo in verbi incarnatiōe dicit̄ p
fidem mūdata: teſtimonio bti Anſelmi de cōce-
ptu virginali: ⁊ tn̄ tūc nullū habuit inq̄namen-
tū. Vn̄ Bern. ſup Can. ſer. xxij. dicit. Viſitatū eſt
in ſcripturis ſcificationē p mūdicia poni vł cō-
tinētia. Nō obſtāte ḡ hoc Maria dr vere ſcifi-
cata ⁊ purgata: nō q̄dem a labe q̄ infuit p ali-
qḋ inſtans: ſed que infuiſſet niſi pſeruata fuiſſꝫ
Hec ſcḋm Fran. maro. ¶ Scḋa difficultas de be-
ate Marie liberatiōe. Nā nō liberat̄ q̄s a pecca-
to qḋ nō habet. ſed btā virgo dicit̄ liberata per
chriſtū vna cū oibus cōiter hominibus. Vn̄ Leo
papa in ſmōe de natiuitate dic. Saluatoꝛ nr̄ ſi-
cut p oib9 liberādis venit: ita nullū liberū a re-
atu repperit. Itē Aug. Nemo liberat̄ a maſſa
peccati niſi in fide redemptoris. ¶ Hec difficultas
ſoluit̄ ſicut pma. qꝛ btā v̓go dicit̄ liberata non
a reatu q̄ infuerit: ſȝ q̄ infuiſſet ſi pſeruata non
fuiſſet. Et ꝙ liberari dici valeat q̄ pſeruat̄ oſtēdi-
tur ex ſcriptura. Nam Ps. hoc modo orat libe-
rari dicēs. Eripe me de luto vt nō infigar: libera
me de ore leonis. Itē idē. Eruiſti aīam meā ex in-
ferno inferiori .i. pſeruaſti. Conſtat eīm ipm Da-
uid nō fuiſſe in inferno inferiori .ſ. dānatoꝝ. Itē
Tob. xij. Elemoſyna a morte .ſ. eterna liberat. id
eſt pſeruat. Itē Prouer. xxiij. Noli ſubtrahere a
puero diſciplinā: ſi pcuſſeris eū virga nō morietur
tu virga pcuties eū: ⁊ aīam eius de inferno li-
berabis .i. pſeruabis. Sed di. ſequit̄ ergo ꝙ ſu-
peruacue fuerūt ſancificatōes in v̓gine poſite a
doctorib9. qm̄ q̄d morbidi vel imundi emūdare-
tur non erat. ¶ Rn̄det̄ ꝙ dicte ſancificatōes nō
fuerūt vacue. Quāuis eīm non erant ad fomitis
ligatōꝫ. vt quibuſdā placet: neqȝ ad eiuſ attenua-
tionē. vt alijs libet: neqȝ ad totalē euacuationē.
vt pleriqȝ ferunt: tn̄ erāt ad v̓tutis inſtructionē
⁊ venuſtatē oīs boni: ad verbi dei cōceptōꝫ: atqȝ
ad meritoꝝ virginis ⁊ pmioꝝ augmētationē. vt
neqȝ pmā ſileēm: neqȝ parē ſequentē hāc. ¶ Ter-
tia difficultas de redēptione. qꝛ conſtat ꝙ beata
virgo indiguit redemptore: ⁊ ſicut ceteri ſancti p
chriſti paſſionē eſt redempta. Vn̄ chriſtus eſt re-
demptoꝛ omniū. Ideo Remigius ſup Heb. ix.
Chriſt9 per ꝓprium ſanguinē introiuit ſemel in
ſancta eterna redemptōe inuenta: dicit ſic. Chri-
ſti ſanguine oēs homines redēpti ſunt a ſuitute
quapropter per pctm̄ pmi parētis capti tenebā-
tur. Si ergo Maria nō fuit pctō capta quō pt
dici redēpta: quia Aug9. in epl'a ad Optatū de
origine aīe dicit ſic. Redempt9 dici non poteſt:
niſi qui vere per pctm̄ fuit ante captiuus. ſicut
ſcriptū eſt. Si filius vos liberauerit: vere liberi
eſtis. Ad quod rn̄detur ꝙ non obſtante tali pre-
ſeruatōe mater dn̄i dicit̄ vere redēpta: ⁊ pre alijs
redēpta: nō quidē a pctō quod cōtraxit de facto
ſed qḋ ꝯtraxiſſet ex modo ſue ꝓpagatōis natura-
lis: ſi per dei gratiā preuenientē preſeruata nō fu-
iſſet merito mortꝭ chriſti filij ſui preuiſe. Et hoc
declarat̄ ſcḋm Fran. maro. tali exemplo. Si aliqs
dn̄s redimeret a ſeruitute aliquos duos. vnū il-
loꝝ poſtq̄ eſt natus. aliū dum adhuc eſt in vte-
ro matris vel anteq̄ cōceptus eſt dando priui-
legium libertatis ꝯcepturo. In hoc caſu vterq̄
eſt redemptus ⁊ nullus coꝝ ſeruus eſt. ſed vn9
eſt redemptus a nota ſeruitutis quā contraxit.
alius a nota quā contraxiſſet: niſi redempt9 fu-
iſſet: ⁊ nulli dubiū quin efficacius ⁊ nobilius ſit
redemptus qui fuit pūentus ne ſeruus eſſet: q̄
ille qui poſt ſeruitutē fuit liberatus ab ea. ſicut
maioꝛ gratia fit ei cui cōſeruat̄ innocentia q̄ cui
remittit̄ culpa. vt declarat Aug. ſup Lu. ⁊ Gen.
Mater v̓o dn̄i redempta fuit a ſeruitute quam
ex ſe cōtraxiſſet. ſed omnes alij ab ea quam con-
traxerunt ergo ipa pre alijs redempta eſt. ¶ Ad
verba Auguſtini vbi ſ. Reſpondet̄ ꝙ duplex ē
redemptio .ſ. pſeruans ⁊ eleuans. vt patuit i exē-
plo pſcripto. De ſecunda: nō de pma verificant̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝟba Auguſtini ꝙ nõ eſt redemptio eleuãs: niſi
a culpa Secus aũt de redemptõe preſeruãte: vt
patet. nam Eſaie. xxix. dr. Propter hoc hec dicit
dñs ad domũ Jacob q̃ redemit abraã. Et Nee/
mie. ix. habet ꝙ dñs redemit Abraã: qꝛ ſcꝫ edu/
xit eum de vr chaldeoꝝ: ipm̃ preſeruando a cõ/
buſtione ignis: vt ferunt hiſtorie. Item aplꝰs
ad Gal. iij. dicit. Chriſtꝰ redemit nos de maledi
cto legis: factus pro nobis maledictũ: quia ſcri/
ptum eſt. Maledictus oĩs qui pendet in ligno
Et tamen iſtam maledictionẽ nos in tẽpoꝛe gra
tie nunq̃ꝫ habuimꝰ: quoniam per mortẽ chriſti
lex totaliter fuit euacuata. ¶ Quarta difficultas
de penarum inflictõe. Nam ſi preſuata eſt a pec
cato origiali: quare ergo penas peccati origina/
lis paſſa ẽ beata ꝟgo ſcilicet mortẽ. Si enim ca/
ruit om̃i peccato: caruit etiã merito mortis ⁊ ali
arum penalitatũ peccati originalis: ergo iniuſti
cia facta eſt ei cũ mortua eſt: ⁊ paſſa penalitates
multiplices peccati originalis. Et ſic deus iniu/
ſtus retributoꝛ eẽt: ⁊ maxime quoniã ſm̃ Augu
ſtinũ. ij. ſenten. diſtin. iiij. deus nõ prius vltoꝛ eſt
q̃ꝫ ſit quis peccatoꝛ. Nec poſſumꝰ dicere ipſam
paſſam vel mortuã pro redemptõe generis hu/
mani vel ſalute: qꝛ hoc eſſet ad cõtumeliã chriſti.
ſequeret enim ꝙ chr̃s non eſſet ſufficiens redem
ptoꝛ. Cum igit beata virgo habuerit penas pec
cati originalis ⁊ nõ per aſſumptionẽ. ſed ꝑ con
tractionẽ. ſequit ꝙ fuerit infecta peccato origi/
nali. ¶ Hec difficultas ſoluit. qꝛ ſm̃ Bonauen.
ſup. iij. diſt. iij. ac Fran. maro. gratia ſanctificatio
nis non obuiat pene. ſed tm̃ culpe. Et hoc oſten
ditur exẽplis. Nam Johãnes baptiſta fuit ſan/
ctificatus ⁊ a peccato originali purgatus: ⁊ tñ a
pena peccati originalis nõ fuit liberatus totali/
ter. Similiter aĩa pueri in baptiſmo abluitur a
ſoꝛde peccati: ⁊ nõ liberat a pena Item chr̃s ſine
vllo reatu peccati fuit: ⁊ tamen ſuſtinuit penas
peccati originalis. Eſa. liij. Uere languoꝛes no/
ſtros ipſe tulit: ⁊ doloꝛes noſtros ipſe poꝛtauit
Itaq̃ꝫ dicitur ꝙ mater dñi per gratiã preuenien
tem. licet fuerit a culpa preſeruata: non tamen a
pena totalr liberata vel preſuata. Uel vt alij di/
cunt. licet diuina grã preuenit ante infectionem
in beata ꝟgine: non tñ preuenit carnis feditatẽ.
quoniã per cõcubitũ concepta eſt: ⁊ ideo ratõne
illius feditatis iuſte remãſerunt in ꝟgine pena/
litates. Sed remanet dubiũ ſuppoſita poteſta/
te de congruitate ipſa. Quare ſcꝫ tales pene fue/
runt inflicte ꝟgini: cum nõ eſſent neceſſarie hu/
mano generi ſicut pene chriſti. Reſpondet ſm̃
Frana. maro. quia erant materia exercende vir/
tutis. vt ſcilicet ꝑ patientiã talium merita cumula
ret. Unde ſicut Job fuerũt pene magne inflicte
ad exercendã eius patientiã: ita virgini ad perfi/
ciendam gratiã. Uirtus eñ in infirmitate perfi/
citur: vt ait aplꝰs. ij. Corinth. xij. ¶ Quinta diffi/
cultas de chriſti priuilegio ſingulari ⁊ honoꝛe.

Nam hoc eſt ſingulare chriſti ꝑuilegiũ. quia ſo/
lus ipſe innocens cõceptus eſt. vt dicit Auguſti
nus ⁊ Leo papa. Unde ſi ipſa eſt concepta ſine
peccato origiali. ſequitur ꝙ equatur chriſto: qḋ
eſt contumelia chriſto: cũ eius honoꝛ ⁊ priuile/
giũ ſingulare alteri attribuitur. ¶ Hec difficul/
tas ſoluitur ꝙ non obſtante tali ꝑſeruatõe ma/
ter dñi nõ equiparat chriſto. ſed eſt inferioꝛ ipſo
in hoc ꝑuilegio multipliciter. ¶ Primo quidẽ
quia chr̃us non indiguit ꝑſeruatione: quia non
fuit cõceptus per naturalẽ ꝓpagationem. vñ nec
fuit ex modo ſue ꝓpagationis aptus: nec potuit
contrahere peccatũ. Lex enim originalis peccati
non fuit lata: niſi contra ꝓpagandos naturalit
ex Adam. Sed beata ꝟgo indiguit preſeruatõe
⁊ ex modo ſue generatõis apta fuiſſet contrahe
re peccatũ: ⁊ vtiq̃ꝫ contraxiſſet: niſi preſuata fuiſ
ſet per gratiã: vt ſupra patuit. ¶ Scđo quia chri
ſtus non indiguit redemptõe: cum ex modo ſue
ſingularis generatõis non fuit aptus contrahe
re illum reatũ ſeruitutis: virgo autem indiguit
gratia ꝑueniẽte ne laberetur. ¶ Tertio quia ani/
ma chriſti in conceptione ſeu creatione fuit vlti/
mate ſanctificata: non autẽ anima virginis: cuꝫ
vlterioꝛeꝫ ſanctificationẽ ſuſceperit in ꝟbi incar/
natõe Luč. j. Spiritusſctũs ſuperueniet in te ⁊č.
¶ Quarto quia aĩa chriſti moꝛ vt fuit creata
fuit vnita verbo ac cõprehendens ⁊ beata: ex. iij.
ſniaꝝ. Anima autẽ virginis nõ fuit beata ⁊ ver/
bo vnita vel cõprehendens q̃uis fuerit ſancta.
Hec Fran. maro. Et ſic patet ꝓpoſituꝫ. ¶ Sexta
difficultas de ianue celeſtis clauſione. Nam ia/
nua celeſtis nulli eſt clauſa: niſi merito origina/
lis peccati. Si ergo btã virgo non habuit pecca
tum originale: quero vtrũ ſi ante chriſtum moꝛ/
tua fuiſſet ſtatim ad celũ euolaſſet: an nõ? Non
potes dicere ꝙ euolaſſet: quia ſic non per chr̃m
fuiſſꝫ ianua aperta. ergo ſequit ꝙ non euolaſſet
ante chr̃m ⁊ per conſequens habuit vt videtur
originale peccatũ. Hec difficultas ſoluitur ſm̃
Scotũ ſup. iij. diſt. iij. ꝙ ianua celeſtis fuit bea/
te virgini clauſa ſicut ⁊ ceteris: nec eſt aperta niſi
ꝑ meritum paſſionis chriſti: q̃m vt dicit aplꝰs.
Col. j. Placuit ei per ipm̃. ſ. chriſtum recõciliare
om̃ia ſiue que in celis ſũt: ſiue que in terr̃. Sed
iſta clauſio ianue beate virgini non ꝓpterea fuit
ꝙ ineſſet ei pctm̃ originale: quoniã paſſio chri/
ſti ſic preuiſa ⁊ acceptata corã deo erat in oꝛdine
ad btãm virginem. vt ꝓpter meritũ huius paſſi/
onis ſcꝫ chr̃i nunq̃ꝫ ineſſet pctm̃ ipſi virgini ma/
tri chr̃i: ⁊ ita nec ineſſet aliqḋ ꝓpter qḋ ſibi ianua
clauderet. Sed iſta clauſio ianue fuit: q̃a ex ori/
gine competebat ꝟgini. vnde ianua ſibi claude/
retur ſicut ⁊ alijs Nec ſequitur ꝙ ſi moꝛtua fuiſ/
ſet ante chriſtũ ſtatim in celum euolaſſet: imo vt
videtur in limbũ patrum deſcẽdiſſet: nõ ꝓpterea
quia peccatum ineſſet. ſed qꝛ ex origine infuiſſet
ſicut ⁊ ceteris: niſi preſeruata fuiſſet. Et ſi dicas.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Si non habuit pctm̄ originale vtiq; ſtatim euolare debuiſſet. Dico ꝙ falſum eſt. q̄a ſancti p̄res purgati fuerūt ab originali: ⁊ tn̄ non aſcenderūt in celū ante chr̄m paſſum: eo ꝙ clauſa fuit ianua vſq; ad ſolutõez precij. Ita em̄ decreuerat deus ꝙ licet acceptaret paſſiõz chr̄i preuiſam ad remittendū culpaꝫ originalē omni credēti paſſiõz illā: nõ tn̄ remittebat penā. ſ. carentiā viſionis diuine ꝓpter illam paſſionē vt ſolū preuiſaꝫ: ſed ꝑ ipſam vt p̄ntialiter exhibitā. Et iõ ſicut ſctis patrib; nõ patuit ianua q̄uſq; fuit exhibita paſſio chr̄i: ita ꝓbabile videtur ꝙ nec btē virgini. hec Scotus

Septima difficultas de multoꝝ cõtraria aſſertione. Si itaq; bn̄dicta virgo pia fide credenda eſt ꝯcepta ſine pctõ originali: q̄re, vel vnde eſt ꝙ multi doctores cõtrariū aſſerunt ⁊ tenēt ipſam fuiſſe ꝯceptam in pctõ originali. ¶ Ad qd̃ rn̄detur ꝑ tria pūcta. Prio quidē dico ꝙ hoc eſt ideo. q; oēs illi doctores voluerūt incedere ꝑ viam legis cõis que omēs naturaliter ex Adam ꝓpagatos obligat ſꝫm rationē ſeminalē: ſicut ſcrā tradit ſcriptura. vñ Rho. iij. Oēs in Adam peccauerūt: ⁊ egent glīa dei. Et q; ſanctoꝝ autoritas ſolū chriſtū excipere videt̄ de hac gn̄alitate: nõ tamen negant doctores q̄n deus potuerit btām virginē ab illa lege cõi eximere. ſed q̄m credit̄ ꝙ btā v̄go ſit naturalr̄ ſꝫm rõneꝫ ſeminalē procreata: nec eſt autoritas ſcp̄ture de ei⁹ ex hac lege exceptiõe manifeſta: idcirco ꝓbabiliter putauerūt eam peccato fuiſſe originali obnoxiā: non audētes legi cõi ꝯtradicere: nec audētes eam exēptā dicere. ꝓpt̄ea igr̄ diuerſificati ſūt doctores in hac re. q̄a quidā putant eam fore lege cõi claudendam: quidā eximendā. ¶ Scdo dico cū Fran. maro. ꝙ oēs autoritates ſanctoꝝ ⁊ dicta doctoꝝ tenentiū eaꝫ eſſe pctõ originali obnoxiā: loquunt̄ ⁊ ſonant ac intelligi debent ad hūc ſenſum: ꝙ vtiq; btē v̄gini hoc ex ſe de cõi lege ꝯueniebat: quia naturali ſue ꝓpagationi cõpetit ꝙ originale pctm̄ contrahere debuiſſet: vt ſupra oſtenſum eſt: tn̄ oppoſitū habuit a deo ſpeciali gr̄a preueniēte. Nec in hoc fit ſanctis iniuria ſi coꝝ dicta exponant̄ ſicut ſacra ſcriptura exponit̄ ⁊ intelligitur: q; ſancti in ſuis eloquijs ſacra ſcp̄tura tanq̄ regula ⁊ lumie vtebantur: vt teſtat̄ Dioñ. de diui. no. ca. ij. Et ꝑ hoc ſolui poſſunt oēs cõtrarie autoritates: q; oēs loquunt̄ de pctõ originali ſolū ſꝫm cauſam quā q̄dem habuit btā virgo ex ꝓpagatõe naturali ⁊ nõ ſꝫm effectū. ¶ Tertio dico ꝙ vnuſq̄ſq; magis tenetur matrē dei venerari q̄ȝ aliquoꝝ doctorum opinionē in hoc paſſu extoller̄: maxime cū iaꝫ eccleſia in Concilio Baſilieñ. ſtatuerit pie credendum de beata v̄gine ꝙ ſit cõcepta ſine originali pctõ. ac Sixtus papa diuino officio de hoc edito ⁊ indulgētijs corroborauit. Vnd̄ in hoc ſum cū Auguſtino li. de natura ⁊ gr̄a di. Cum de peccatis agit̄ nullam de matre dñi. ꝓpter reuerentiā domini volo fieri queſtionē. id eſt dubitabilē ꝓpoſitionē. ſed potius indubitāter ipſam in conceptione ſui teneo pia fide fuiſſe ſanctā. Sed calumniātes hanc autoritatē Auguſtini exponūt quidam ⁊ dicūt ꝙ Aug⁹. ibi loquitur de peccatis actualib; ⁊ non de originali. Iſta tn̄ expoſitõ ſꝫm Franci. maro. eſt Primo impia: q; virginis priuilegia non ſūt artanda: ſed ampliāda. Secundo eſt falſa: q̄a intentio Auguſtini eſt ibi (vt inducitur in. iij. ſententiaꝝ) iſtud attribuere virgini pro priuilegio ſingulari ſuper oēs ſanctos Si igitur hoc acciperetur tm̄ de peccato actuali non eſſet hoc tanq̄ ſingulare ſuper oēs priuilegium attribuendū virgini: quia etiam innocētes caruerunt omni peccato actuali. O igit̄ virgo benedicta vita ſpes ⁊ cõſolatio noſtra: quid de te dicere valeamus: quāta deuotione te laudemus: qua temeritate te quis aſſerere audeat originali pctõ fuiſſe infectā: cum vt canit eccl̄ia. Felix es ſacra v̄go Maria: ⁊ omni laude digniſſima: ⁊ per cõſequens etiā iſta laude digna ꝙ dicaris a pctõ preſeruata: q; ex te ortus eſt ſol iuſticie chr̄s deus noſter.

¶ Articulus tertius ꝙ pium eſt credere beatā Mariam ſine originali pctõ fuiſſe conceptam.

# Tertia contēplatio

Tertia contēplatio principalis dicit̄ pie credulitatis. Nam ad premiſſa adijciēdum eſt ⁊ declarādū q̄ȝ pium ſit credere ꝙ ipſa beata virgo fuerit concepta ſine peccato originali. Quod quidē aliqui aduerſarij pluribus modis vſq; ad iſta noſtra tempa impugnauerunt. Sed anno dñi. M. cccc. lxxxij. bulla ſpeciali cuius tenorem vidi: ipe Sixtus papa quart⁹ apoſtolica autoritate reprobat ⁊ damnat aſſertões ⁊ opiniones dicentiū ꝙ eccleſia nõ conceptionē ſed ſanctificationē virginis celebrat atq; tenētes Mariam fore preſeruatā ab originali: ꝓpterea eſſent hereſi polluti. Omēs etiam libros coꝝ ſuper his cõfectos damnat: ⁊ ne ꝓ veris legantur vel teneant̄: aut habeantur inhibet: ſic ꝙ contra p̄miſſa facientes eo ipſo ſententiā excõicatõnis ⁊ penam maledictõis eterne incurrant a qua ſol⁹ papa ꝓprio ore ⁊ nõ alius abſoluere poſſit. Vn̄ vt fideles magis inducātur ad huius preſeruationis piā credulitatē ſeptem rõnes hic ponem⁹ quib; id declaratur.

¶ Prima eſt rõ honorificatõis.
Scda eſt rõ vere dilectõis.
Tertia rõ ſuffragatõis.
¶ Quarta rõ cauende offenſiõis.
Quinta rõ vitande vltiõis.
Sexta rõ vie ſecurioris.
Septima rõ fructificatõis.

Prima eſt ratio fructificatõis. Nam ſi pia mente conſideram⁹ ꝙ tot ⁊ tanta beneficia ꝑ virginē

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſuſcepim⁹. tātaqȝ dignitate bñdicta v̄go eſt ſublimata per filiū q̄ vtiqȝ verū eſt qđ ait Hiero. ad Paulam ꝛ Euſtochiū dicens. Quicqd hūanis poteſt dici v̄bis minus eſt a laude v̄ginis. Debem⁹ igitur hoc p̄uilegio honoris eā extollere ꝛ laudare q̄ dicamus eam exemptā ab omni culpa: al's non deficit lingua hūana in eius laude: nec debitū honorē matri dei impendit cū eā peccatricē fuiſſe dicit ꝛ filiā diaboli p̄ pctm̄ originale cōtractū. ¶ Inſup q̄ro te: qđ hoꝝ eſt honorabilius ꝛ glorioſius chriſto: vtrū dicere q̄ habuerit matrē ab oī pctō īmunē: an dicere pctō maculatā. Conſtat q̄ p̄mū. Eccl. iij. Gl'ia hoīs ex honore parētis. ꝛc. Vñ ſicut decuit deū: p̄p'ľm iudaicum in mari: ꝛ p̄. xl. annos coꝝ veſtimenta ꝛ calciamēta illeſa p̄ſeruaſſe, p̄pter honorē ꝛ dignitatem p̄p'li illius: eo q̄ ch̄s erat naſciturus ex eo: ita a fortiori decuit matrē p̄priam miraculoſe preſeruaſſe ab om̄is pcti macula, p̄pter honorē maternitatis. ¶ Scđa ratio vere dilectōis. q̄m vt ait Anſ. ad coanglicanos epos: non videtur ver⁹ amator v̄ginis qui recuſat colere feſtū cōceptionis. cui⁹ recuſatōis cauſa nō eſt alia: niſi quia creditur ab illis q̄ ſit in pctō originali concepta. Vtigr̄ eam vere amem⁹ credam⁹ fore preſeruatam. ¶ Tertia ratō ſuffragatōis: vt vicȝ per hūc honorē ſibi cōgrue exhibitū ei⁹ ſuffragia īpetrare ꝛ obtinere valeamus. Propterea eccl'ia canit Cū iocunditate ꝯceptionē beate Marie celebremus. vt ipa p̄ nobis intercedat ad dñm Jeſum chrm. Scriptū nanqȝ eſt Job. xij. Qui me honorificauerit honorificabo eū. Jteꝝ Fortunatus in homel. dr. Grati⁹ eſt obſequiū deo qđ Marie impendit q̄ȝ qđ ſanctoꝝ cuilibet dirigit. ḡ debemus eam honorare. ¶ Quarta rō cauēde offenſionis. Nā valde timendū eſt ne eaȝ offendam⁹ vtpote q̄ eſt mater grē ꝛ mater miſcōie: qđ certe facit q̄ temerarie eam peccatricē aſſerit vel credit: q̄m vt Cirillus patriarcha alexādrin⁹ libro quē fecit ꝯ Neſtoriū dicit. Poſt filiū inq̄t temerariū eſt ponere in Maria v̄gine maculā aliquā: aut pctm̄. Propterea magr̄ Heinric⁹ in quodā ſermone q̄ incipit. Conſurget virga. ait Sacratiſſimaȝ virginē quā deus ab eterno p̄ordinauit. vt eſſet mater dei ſub poteſtate diaboli fuiſſe. ꝛ peccati ſorde infectā ſentire nō audeo: dicere p̄ſumeſco. ꝛ paulo infra. Quis hāc virginē ſub ira dei vnq̄ȝ fuiſſe audeat dicere p̄ quā ſibi de⁹ gen⁹ humanū tanq̄ȝ p̄ mediatricē reconciliare voluit: dicat q̄ velit: ego dicere nō audeo nec ſentire: cū in multis ſcripturis videt̄ eam exemptā a lege communi fuiſſe. Hec ille. ¶ Quinta ratio vitande vltionis: ne vltionē incurram⁹ p̄pter offenſionē preſumptuoſe aſſertiōis pie ſentire debem⁹ de virgine q̄ ſit imunis: quoniam ſcriptū eſt Eccl. iij. Maledictio matris eradicat fundamēta. Maledicit matrē virginē q̄ eam peccatricē temerarie aſtruit. ꝛ hec maledictio eradicat fundamēta g̅

tie dei. Cauendū eſt etiā ne ſi non celebremus feſtum cōceptionis virginis illā vltionem ſubeamus que ſcripta eſt Zach. xl. di. Percutiet dñs omnes gentes que non aſcenderint ad celebrandum feſtiuitatē tabernaculoꝝ: quia tabernaculum dei in quo habitauit eſt btā v̄go. ¶ Sexta ratio vie ſecurioris: q̄a in oībus dubijs via ſecurior eligenda eſt ꝛ tutior. extra de cleri. excōmu. c. illud. poſt mediū. Et inter varias opiniones p̄babiles: ſanior opinio ſequēda eſt. extra de cele. miſ. c. Cum marthe. §. Queſiuiſti. Sed hec via eſt ſanior ꝛ tutior. quia p̄ eā plus honorat̄ chriſtus: ꝛ ſancta mater eius q̄ȝ per cōtrariā opinionem. Et quia fundat̄ in imitādo ordinationē eccleſie rhomane de hoc feſto cōceptionis atqȝ ei⁹ officij obſeruationē quo habet̄ exp̄ſſe q̄ ſit concepta Maria ſine originali pctō. Eccleſia quippe rhomana mater eſt oīm eccleſiaꝝ: ꝛ nō poteſt errare. ſed in oībus tanq̄ȝ magiſtra eſt ſequēda. diſtin. xj. Quis. diſt. xij. c. j. ꝛ ſe. ꝛ diſtin. xxij. Omnes. Unde ex quo nō eſt certum per ſcripturam expreſſaȝ vtrum virgo contraxerit originale peccatum: an non: idcirco magis pietati conſonū eſt credere q̄ nō cōtraxit dando ſibi hanc p̄rogatiuam, p̄pter honorem domini: quia hoc autoritati eccleſie nō repugnat. quoniam. ff. de regulis iuris dicit̄ q̄ in obſcura ratione ingenuitatis fauendū eſt libertati. Et hoc eſt quod doctor ſubtilis ſuper. iij. diſt. iij. dicit. Quod hoꝝ veriſſimū ſit deus nouit. ſed ſi autoritati eccleſie non repugnat, p̄babile magis videt̄. vt qđ excellentius eſt attribuat̄ Marie. Hec ille. Sed hoc non repugnat eccleſie: imo concordat. vt patet ex concilio Baſilien. ꝛ diuino officio. ¶ Septima ratō fructificatōis: quia ex hac pia fide fructus adquirit̄ur vite eterne ꝛ ſuperne glorie. Unde Eccl. xxiiij. Qui me elucidant vitam eternā habebunt. Glo. Elucidant. i. ab oībus inq̄namentis lucidā reddunt. Item. j. Regū. j. Quicunqȝ glorificauerit me glorificabo eū. qui autē ꝯtemnunt me erunt ignobiles. Deniqȝ fructus adq̄rit̄ indulgentiarum. Nam vt dictum eſt ante: ipſum concilium. Baſilien. conceſſit indulgentias pro huius feſti celebritate ꝛ ſermoni videlicet centum dies indulgentiarum om̄ibus intereſſentibus miſſe ꝛ veſperis p̄mis: aut ſecūdis ꝛ matutinis. Pro ſermone aūt eiuſdē feſtiuitatis centū q̄nquaginta dies. Inſup Sixtus papa quartus oīno eaſdē indulgentias cōceſſit ſicut conceſſe ſunt in feſto corp̄is chriſti. O igitur homo crede beatā virginem fuiſſe cōceptam ſine originali peccato penſando illius diuini habitacli mundiciā: in quo deus ꝛ dulcis redemptor noſter Jeſus gratiſſime nouē menſib⁹ requieuit. Utinā ſaperes ꝛ intelligeres eāqȝ digna laude beatificare valeres quam beatam dicent om̄es generatōnes. o vere mundiſſima ꝛ imaculata virgo Maria. Que glorioſa dña excelſa ſup ſydera ꝛ puriſſima ab

omnı́ macula plus q̄ꝫ omnis creatura angelica
puritate ip̄a qua ſub deo nō eſt maioꝛ intelle/
cta q̄bꝰ te laudibꝰ efferā. q̄d in tue ſctitatis ⁊ pu/
ritatis gl'iam dicā: cū tu ſis gl'ia hierl'm: tu ho/
norificentia populi noſtri. tu es mater mūdiſſi
ma ab omni peccato ꝑſeruata, mater inq̄ꝫ dei ⁊
domini Jeſu predilecta. tu anime noſtre refugi
um: tu ſpes et noſtrū auxiliū: tu ſingulare coꝛ/
dis noſtri ſolacium: te depꝛecamur: ad te clama
mus: vt ꝑ illam ſummam tue puritatis gratiaꝫ
nobis a dulci Jeſu tuo impetres veniā gratiaꝫ
⁊ gloꝛiam Amen.

## Alius modus procedē di in ſcripturis

Item ſi volueris in hac re alium proceſſū fa
cere potes notare duodecim ſtellas fulgentes ı̄
corona beate virginis ad ꝓbandā eius immu/
nitatē a peccato oꝛiginali radiantes. Prima
ſtella dꝛ diuīa autoꝛitas. Hāc ꝓſeq̄re ſicut ha/
bes parte. j. huiꝰ libꝛi. arti. iij. p̄mo teſtimonio.
Scd̄a ſtella ꝓphetica ꝟitas. Hanc ꝓſequere
ſicut habes ibidem ſecū̄do teſtimonio. Tertia
ſtella angelica atteſtabilitas. ibidē tertio teſtio/
nio. Quarta ſtella eccleſiaſtica irrefragabili/
tas. ibidē q̄rto teſtimonio. Quinta ſtella ma.
terna honoꝛabilitas. Hanc ꝓſequere vt habes
eadem parte. j. ar. ij. ca. ij. §. ij. Sexta ſtella pre
eminētiſſima puritas. ibidem. §. iij. et etiam. §.
j. vbi allegatur Anſelmus. Septima ſtella ꝑ
fectiſſima virginitas. Hanc ꝓſeq̄re ibidē ꝑte. iij
xj. teſtimonio. §. iiij. Octaua ſtella bñficij ſub/
limitas. ſicut habes ibidem arti. ij. ca. ij. circa p̄n
cipiū primi. §. Nona ſtella legū equitas. ibidē
ar. iij. teſtimonijs. v. vj. vij. viij. ix. Decima do/
ctoꝝ famoſitas. ibidem teſtimonio. x. Unde
cima rationū ꝓbabilitas. ibidem teſtimonio. xj.
Duodecima ſtella miracl'oꝝ lympiditas. ibi/
dem teſtimonio. xij. Hec ſupraſcp̄ta de conce
ptiōe Marie breuiter volui huic libꝛo inſerere
ea mag' q̄ apta ſunt p̄dicatōi ꝓſeq̄ndo. Alia ꝟo
multa diſputabilia in hac materia alibi latiſſi/
me tractandū reliqui.

In nomine domini Jeſu ad beatiſſime vir/
ginis Marie honoꝛem ſequitur de natiuitate
eius.

## Quintus liber

q

Quintus liber eſt de myſterio ſctiſſime natiui
tatis bñdicte virgis marie. et
habet tres partes In p̄ma agi
tur ı̄ generali de eiꝰ oꝛtu digniſ
ſimo. In ſcd̄a de eiꝰ natiuitate mag' in ſpeciali.
In tertia de naſcētis virginis qualitate vel cō/
ditione admirabili.

Pars p̄ma de oꝛtu Marie digniſſimo ⁊ eiꝰ
diuinali preoꝛdinatiōe eterna ac ſanctificatōne ⁊
multiplici reuelatōe.

## Lux oꝛta ē iuſto

l

Lux oꝛta ē iuſto rectis coꝛde leticia. Verba ſūt ſan/
cti ꝓphete Dauid pſ. xcvj. Qui lon
ge añ q̄ꝫ naſceret̄ benedicta ꝟgo eiꝰ
oꝛtum preuidit ſpū ſctō inſpirante: ⁊ eam luci cō
parādo ait. Luce. j. Maria oꝛta eſt iuſto. i. chꝛo
ex ea naſcituro q̄ eſt iuſtus per eēntiā Ipſe enim
eſt: vt dꝛ Malach. iiij. Sol iuſticie. ⁊ ꝓpterea q̄/
niam ex h̄ toti mūdo eſt ſalus oꝛta: iō ſubdit. re/
ctis coꝛde ſcꝫ hoibꝰ: leticia. Quibꝰ in verbis per/
pulcre oñditur q̄ꝫ ſūmaꝫ dignitatē habuerit bea
ta virgo in ſuo oꝛtu: in eo q̄ꝛ luci cōparat̄: que eſt
rex̄ digniſſima. Lux q̄ppe inter oēs creaturas ex
cellentiā habet precipue triplicē. Primo quia
diuinalis ꝯformitatꝭ. q̄m̄ deus lux eſt: ⁊ tenebre
in eo non ſunt vlle. j. Joh. j. Scd̄o quia lux eſt
incōtaminabilis puritatis: eo q̄ꝛ non pōt inqui/
nari ſoꝛdibꝰ. Tertio q̄a lux eſt delectabilis q̄li
tatis. q̄m̄ dulce lumen ⁊ delectabile oculis vide/
re ſolem Eccl. xj. Sic bñdicta ꝟgo ſuper oēs cre
aturas puras hac triplici fulget excellētia digni/
tatis. q̄m̄ deo ipſa eſt ꝓxima ⁊ cōfoꝛmatiſſima ꝑ
gratiam ⁊ gloꝛiā Sap. vij. Candoꝛ lucis eterne
⁊ imago bonitatis illiꝰ. Item ipſa eſt puriſſima
⁊ incōtamīabilis. q̄m̄ ſm̄ Anſ. ea puritate nitet
q̄ maioꝛ ſub deo neq̄t intelligi Deniq̄ꝫ ip̄a eſt aīe
hūane ⁊ deuoto coꝛdi ſuauis ⁊ delectabilis. q̄m̄
vt canit eccl'ia ipſa eſt vita dulcedo ⁊ ſpes noſtra
Et q̄s exp̄mere ſufficiat q̄ꝫ ſuauis ſit maria ocu/
lis coꝛdis ad reſpiciendū: in cuius pulcritudine
gloꝛie oēs ſancti delectant̄. ꝓpter q̄d canit̄. Spe/
cioſa facta es ⁊ ſuauis in delitijs tuis ſctā dei ge
nitrix. O q̄ꝫ ſuaue eſt aīe pie ad audiendū vel lo/
quendū de ea. q̄m̄ vt mellifluꝰ Bern̄. ait de ſci/
pſo. Nil inq̄t tantū me delectat q̄ꝫ tū de gl'ioſa ꝟ/
gine Maria facere ſmonē. O q̄ꝫ ſuaue. o q̄ꝫ gau
dioſuꝫ erit in celo cōregnare ⁊ colletari cū ea ſine
fine per quā ſalꝰ mundi credētibꝰ apparuit: cuiꝰ
vita gl'oſa luceꝫ dat ſecl'o. Merito igr̄ eius oꝛtꝰ
oibꝰ gaudiū ⁊ leticiā ingerit. merito ⁊ digne oēs
hoies: ille dulc' citharīſta Dauid ad letandū in
eiꝰ oꝛtu allicit: cū dr̄ Lux oꝛta eſt iuſto: rectis coꝛ
de leticia. Vere oibꝰ rectis coꝛde leticia. ſ. peniten
tibꝰ: patientibꝰ: viatoꝛibꝰ ⁊ triūphantibꝰ in celeſti
gl'ia. leticia viris: leticia ml'ieribꝰ: leticia paruul'z
ſenibꝰ ⁊ oibꝰ fidlibꝰ De eiꝰ itaq̄ꝫ oꝛtu ad p̄ns tra
ctare intēdētes ı̄ gñali tria myſteria declarabimꝰ
Primū myſteriū dicit̄ diuinal' p̄oꝛdinatōis.
Scd̄m dicitur maternalis ſanctificatōis.
Tertiū dicitur tp̄alis reuelatōis.
Articulus p̄mus qualiter ab eterno predispoſi/
tum erat a diuina ſapia oꝛiri btāꝫ Mariā ⁊ per
eam ſalutem mūdo fieri.

Capitulū. I.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

PRimū itaqꝫ myſterium dicit̃ diuinalis p̄ordinatõis: quõ vicꝫ ortꝰ bt̃e v̄ginis ſit p̄ordiatꝰ ab et̃no ⁊ p̄cõceptꝰ i mē te diuiā. Iſta q̄ppe eſt vna magna dignitas beate v̄ginis qua ꝑ ſapientis os gloriat̃ in epiſtola buiꝰ ſolennitatis que ſcripta eſt Prouer. viij. Dñs inq̄t poſſedit me. ſ. in cõmutabili volūtate et electõe ſua: in initio viaꝝ ſuaruꝫ anteq̄ꝫ q̄cq̄ꝫ faceret: h̃ eſt ab eterno anteq̄ꝫ ip̄e deꝰ aliq̄d crearet. vnde ⁊ additur: a principio ſcꝫ creationis mundi: ab eterno ordinata ſum. ſcꝫ vt eſſeꝫ dei mater. ⁊ ex antiq̄s. ſ. eternitatis: anteq̄ꝫ terra fieret. i. añ oēm corꝑalem cõditãꝫ creaturā. Nõduꝫ erãt abyſſi. i. ꝓfūditates. Tota q̄ppe altitudo vl̃ ꝓfunditas q̄ eſt a celo empyreo vſq̄ꝫ terre centꝝ dicit̃ abyſſus ꝓpter imenſitatem. ⁊ oēs creature corꝑales ⁊ ſpūales ad altitudinē cõꝑate p̄nt dici abyſſi vt volunt doctores. Nondum ḡ erant abyſſi. i. nec celum nec terra nec angeli: qui etiaꝫ abyſſi ſunt vocati ꝓpter excellentiā ſuaꝝ ſubſtãtiaꝝ: ⁊ ego (inq̄t Maria) iã ꝯcepta eram. ſ. i mēte opificis. Ex q̄bꝫ omnibꝫ claret qꝫ añ oēm creaturā bñdicta v̄go fuit p̄ordinata ⁊ concepta in mēte creatoris vt fieret mater dei ⁊ ſaluatoris noſtri Jeſu: quod eſt ei ſumma gloria. Circa q̄ð aduertendū ſꝫm ꝙ mõ intelligēdi hūano cõtemplari poſſumꝰ ꝙ ab eterno i diuina p̄cipue mēte inter alia q̄ttuor vertebant̃ cõſilia vel q̄ſtiones que ꝑ diuinam ſapientiā ſunt determinate ⁊ concluſe.

Prima q̄ſtio de mūdi ruituri creatione.
Scda q̄ſtio de dei ex femia incarnatiõe.
Tertia q̄ſtio de p̄me femine. ſ. Eue electõe.
Quarta q̄ſtio de feie ad id idonee cõditõe.

Prima q̄ſtio erat Quare mūdū crearet quē ruiturū ſciret. Dicebat nanq̄ꝫ pater ad filiū ⁊ ſpm̄ ſanctū. Scimꝰ q̄a mundus quē creaturi ſumꝰ ruet ꝑ pctm̄ tam in angelis q̄ꝫ in hoibus: ꝓpter quod etiam alias creaturas corporeas punire oportebit in deteſtationeꝫ peccati. Quare ergo debemus ip̄m creare cum ſciamus eum futurꝝ eſſe malum. Et acceſſit vna ratio di. ꝙ nõ deberet creari taliter. Nil debet tale fieri q̄ð ſit in q̄tidianam offenſam ⁊ iniuriā dei: q̄m oia opa debent benedicere deū, iuxta illud Dañ. iij. Bñdicite oia opa dñi dño, laudate ⁊ ſuperexaltate euꝫ in ſecula. Et oia cedere debent in laudem ⁊ gloriam dei. Sed ſi mūdus creabit̃: totus in maligno erit. ſicut ⁊ nūc poſitꝰ eſt. j. Joh. ij. Et totꝰ ruet ꝑ pctm̄. vt iam cernimꝰ oculis noſtris. Ne igitur videatur eſſe deus auctor mali nõ deberet creari mūdus vt nõ fieret pctm̄. Nam ſcptuꝫ eſt Jac. j. Deus intentator maloꝝ eſt. Adiecitq̄ꝫ ratio ip̄a di. Deus ⁊ natura nil faciunt fruſtra, hoc dicit Ariſt. ij. Phiſi. ſed fruſtra eſt q̄ð nõ attingit finem ſuum: ſꝫm cõmentatorē ibidem. Si nis aūt mūdialiū creaturarū rõnaliū eſſet beatitudo: vt vult mḡr in. ij. ſniaꝝ di. j. ca. v. Hanc non videt̃ quõ ꝯſequent̃: cū ꝑ pctm̄ ruiture ſūt. ḡ nõ debuit creari fruſtra. Hec q̄ſtio deciſa eſt ꝑ diuinā ſapiētiā ꝙ bonū eſt creare mūdū: etiaꝫ ſi ſua malicia ruat poſtea: tali rõne. vt eñ vult Aug. i enchyridion. Nunꝙ deꝰ ꝑmitteret aliq̄ð malū in mūdo fieri: niſi eſſet adeo oipotens vt etiaꝫ ex malis ſciret bona elicere. Sciēs ḡ deus mūdū ruituꝝ: creauit ip̄m vt etiā poſt ruinam exinde bonū eliceret. nã exinde multa bona ſūt elicita. Primo quidē ex hoc relucere habet diuina bonitas. cum ſe ⁊ ſuam bonitatē creaturis cõicauerit ex mera liberalitate: vt dicit Aug. i enchyri. c. vj. Scdo ex hoc relucet diuia iuſticia: cum poſt ruinā obſtinatos in pctõ punit: vt nõ ſit dedecus culpe ſine decore iuſticie. ſꝫm eundē Aug. ⁊ Anſ. li. Cur deꝰ hõ. Tertio ex h̃ relucet diuina miſcdia ⁊ pietas in expectãdo peccatores ad pniam: ⁊ parcendo penitentibꝫ. Iſa. xxx. Propterea expectat nos deus vt miſereat̃ nr̃i. Quarto ex hoc relucet diuina ſapia q̄ ex malis bona ſciat elicere: ⁊ poſt ruinaꝫ ſciat reparare. Deniq̄ꝫ relucet diuia charitas ⁊ benignitas cū pꝰ ruinaꝫ ꝑ ſeip̄m mūdo q̄ nõ poterat ſe liberare ⁊ reparare voluit miſicordit̃ ſubuenire. Vñ diffinitū eſt ꝙ mundus deberet creari. Nec obſtat ꝙ mundus in maligno poſitꝰ eſt. q̄m hoc non ex deo ſed ex ꝓprio arbitrio rõnalis creature factuꝫ eſt. Unde deus nõ eſt auctor mali. q̄a cūcta q̄ fecit erant bona: ſed ꝑ abuſuꝫ ꝓprie voluntatis facta ſunt mala. Nec ideo deꝰ fecit ea vt eſſent mala: ſed vt ſi vellēt in bonitate ꝑſiſterēt ⁊ coronarent̃. ſi vero vellēt ruerēt. nec tñ ipune: vt dicit Greg. i moral. ⁊ Anſ. li. Cur deꝰ hõ. Et q̄m ratio ip̄a adiecit ꝙ deus nil facit fruſtra. ideo determinatū eſt ꝑ diuinaꝫ ſapientiā ꝙ mūdus ſuo fine fruſtrari nõ debeat: ſed reparari debeat poſt ruinā ad btitudis ꝯſecutionē. Preterea ex q̄ vidit deꝰ ꝙ hãc ruinā nulla pura creatura poſſet reparare ſatiſfaciendo: nec alit̃ cõgrueret reparari niſi filiū ſuū in mundū mitteret ad incarnãdū ⁊ mundū redimēdū: ſicut patet ꝑ Anſ. li. ij. Cur deꝰ hõ. idcirco diffinituꝫ eſt ꝙ ꝓ mūdi reparatõe filiꝰ dei carnē vel naturā humanā aſſumeret i qua ſatiſfacere poſſet de pctõ mūdi. Et de hoc latiſſime actū eſt ſup̄ li. j. ꝑ. j. ar. ij. ꝑ totū. Hic cã breuitatis p̄teraſeo rões id ꝑſuadētes eo ꝙ ibi ſit tacte. Sꝫ circa h̃ orta eſt ſcda q̄ſtio.

Capitulum. II

SEcunda igit̃ queſtio cõſiliata eſt i mēte diuia ⁊ tractata iſta. Utꝝ ꝓ mūdi reparatõe debereꝫ deꝰ aliquā feminā creare ex qua haberet carnē aſſumere ⁊ ſic mūdi ruinam reſtaurare femina mediãte. Et ecce acceſſit vna ratio di. ꝙ nõ ꝯgrueret deū naſci vel carnē aſſumere ex femina. ⁊ ideo nulla talis eſſet femina creanda. Et probauit ſic. quia qui naſcit̃ ex

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

femina q̄ndã ĩmundiciã ꝯtrabit. Job. xxv. Nõ põt homo mũdus apparere natꝰ de muliere. ſꝫ in deo nulla ĩmũdicia eſſe debet q̄ eſt lux ⁊ candoꝛ lucis ac ſpeculuꝫ ſine macl'a Sap. vij. ḡ nõ debet naſci de femina. Poteſt em̄ dei filius carnē aſſumere etiã de viro ſine femina cũ ſit oĩpotens. ſicut ⁊ Eua formata eſt miraculoſe de viri coſta ſine muliere. igit̃ ⁊c̃. Ad hoc igitur rñdet diuina ſapientia ſm̄ Tho. in. iij. pte ſumme. q. xxxj. arti. iiij. ꝙ ꝓpter hanc rõnem nõ minus credenda eſſet vna talis femina ex qua dei filiꝰ debe ret naſci. ⁊ reddidit ratiõeꝫ ſoluendo p̄miſſa. qꝛ in ꝯceptiõe vel genitura ex femina nõ eſt imundicia aliq̄ inq̄ꝫtum eſt opus dei. ſꝫ ꝓut eſt ex peccato ꝓueniens inq̄ntuꝫ ſcꝫ homo ꝯcipitur ex libidine ſic ꝯtrabit̃ imundicia. Nã ſi hõ non peccaſſet in ꝑadiſo: ſine tali ĩmũdicia femina de viro generaſſet. ꝓpter pctm̄ em̄ dictuꝫ eſt mulieri. Multiplicabo erũnas tuas: ĩ doloꝛe paries filios Gen. iij. Vñ determinatũ eſt ⁊ ꝯcluſuꝫ ꝑ diuinã ſapiam ꝙ illa femĩa ꝯcipe deberet dei filium ſine libidine ⁊ ſine virili ſemine: ſola oꝑatõe ſpũſſcti cũ illibata ṽgitate pareret ſũma puritate Nec deꝰ potuit naſcẽdo inq̄nari ex feĩa: ſic nec lux inq̄natur ad ꝯtactũ ſoꝛdidaruꝫ rex. Sed circa hoc adhuc rõ vna obuiauit dicẽs. Quare deberet deus mediãte femina mũduꝫ reparare. ſ. naſcendo ex ea: cũ eq̄ bene poſſet deꝰ carnē aſſumere de viro ſolo vel de q̄cunq̄ꝫ vellet materia. ⁊ maxime cũ femina foꝛet cauſa ruine mundi. Ad qð rñdet diuina ſapientia ſm̄ Tho. in. iij pte. q. xxxj. ar. iiij. ꝙ licet eque bene filiꝰ dei poſſet carneꝫ aſſumere de q̄cunq̄ꝫ materia vellet vl' voluiſſet: tñ ꝯuenientiſſimũ eſt vt nõ niſi de femina deꝰ carnē aſſumeret triplici rõne. Prio Ne feminẽꝰ ſexꝰ tanq̄ꝫ vilioꝛ ꝯtẽneret̃: ſed in matre dei nobilitaret̃ ac ad redẽptõeꝫ ꝑtinere videret̃. Scðo ne ſi aliũde deus carnē aſſumeret nõ verã carneꝫ deꝰ aſſumpſiſſe crederet̃: ⁊ ſic fides euaneſceret. Tertio vt oĩs hũane generationis modus ⁊ diuerſitas ꝑficeret̃. Nã p̄mus modus hũane ꝓductionis fuit ſine viro ⁊ muliere: vt patet in Adaꝫ. Scðs ſine muliere de viro: vt in Eua. Tertiꝰ de viro ſimul ⁊ muliere vt cõiter in hoib;: Unde ꝓpter ꝑfectioneꝫ vniuerſi debuit Quartꝰ modus induci q̄ eſt de femina ſine viro: vt in exemplo ꝓut hec ponit Anſ. Et has rõnes p̄miſſas de diuina incarnatiõe ex femina tangit Augꝰ. li. lxxxiij. q̄ſtionũ. ⁊ in epiſtola ad Voluſianũ. Vñ ꝯcluſum eſt ꝙ deꝰ deberet naſci de femina ⁊ ipa mediãte mundũ reparare Sed circa hoc occurrit q̄ſtio tertia.

Capitulum. III.

Tertia queſtio in mẽte diuina vel in ꝯſiſtoꝛio ſancte trinitatꝭ oꝛta eſt ⁊ tractata de p̄me mlĩeris Eue electõe Utꝝ videlicet ad id foꝛet idonea ipa p̄ma femina Eua: vt ſcꝫ deus naſceret̃ ex ea et mediante ipſa repararet̃ mũdi ruina. Et vna ratio dicebat ꝙ ſic. tũ quia ipſa foꝛet creãda ſicut ⁊ fuit poſtea creata in ſũma nobilitate ⁊ oꝛiginali iuſticia in omĩ virtute ⁊ ꝑfectõe: necnõ nature decoꝛe ſm̄ Aug. i. Dme. ⁊ habet̃ de pe. diſt. ij. §. Rhomanos. tũ qꝛ miraculo mario inter oẽs mulieres erat foꝛmata virtute diuina de viro ſine muliere. tũ quia vt dic̃ Grego. in. iiij. dial'. In paradiſo exiſtẽs aſſueuerat verbis dei ꝑfrui hõ: btõꝝ angeloꝛum ſpirit;b; coꝛdis mũdicia ⁊ celſitudĩe diuine viſionis intereſſe. Vñ ratio arguebat ꝙ ipa p̄ omib; aliis mulierib; ad diuinã incarnationē ex ipa fiendã foꝛet idonea. Sed ad hãc q̄ſtionē diuina ſapiẽtia rñdit ꝙ nullo mõ liceret vt deꝰ carnem aſſumeret ex Eua ⁊ mediante ipa mundi ruina repararet̃. Primo qꝛ ipa a diabolo foꝛet decipiẽda ⁊ ſuꝑanda: qð non decet dei matrem que caput ſerpentis foꝛet ꝯtritura Gen. iij. Scðo q̄a nõ decet ꝙ vna peccatrix ꝑ quã totum genꝰ humanũ moꝛtē incurrerat tantũ exaltet̃ vt ſit dña mũdi: mater vite. i. dei: ⁊ ſuꝑ oẽs angelos ſublimata: qð ꝯſequens eſt ad eſſe dei matrē. Tertio qꝛ deꝰ venturus eſt in mundũ alios iudicare. ⁊ idcirco nõ licꝫ ꝙ ipe de aliquo pctõ in ſe vl' i matre repꝛhenſibilis ⁊ ignomĩoſus exiſtat. Vñ concluſũ eſt ꝙ creari deberet vna alia femĩa ex Eua ꝓcedens ꝑ generationē q̄ eſſet puella ſuꝑ oĩs ſctiſſima: ſũma nobilitate p̄dita: ṽtutib; ⁊ gratia plena: in naturalib; ⁊ gratuitis p̄cellẽtiſſima diuioꝝ miraculoꝝ camera: deo familiariſſima puritate nitidiſſima: angelis ⁊ hominibus dña: ⁊ plus q̄ꝫ Eua vel q̄cunq̄ꝫ mulier mũdi: gratiis ⁊ chariſmatib; ſpũſſcti ſublimata: vtpote q̄ eſſet digna regina angeloꝝ: ꝑadiſi poꝛta: ⁊ genitrix ſũmi dei glorioſiſſima. Vñ ex hoc oꝛta eſt in mẽte diuina q̄ſtio quarta.

Capitulum. IIII.

Quarta q̄ſtio de femĩe ad id idonee conditiõe. videlicet q̄lis deberet eſſe iſta puella que deũ eſſet genitura ⁊ mũdi ruinam reparatura. Ad qð diuina ſapiẽtia rñdens xij. cõgruentiſſimas rõnes ⁊ cõditiones declarauit ac diffiniuit q̄b; bñdicta di mat̃ tanq̄ꝫ. xij. ſtellis honoꝛatã ⁊ electã ſe a deo eternalit glo riaret̃ ⁊ gauderet coꝛonatã. Primo nãq̄ꝫ q̄a deus ſciebat eternaliter ꝙ mulier que foꝛet cauſa ruine ⁊ pctĩ exiſtens ṽgo peccaret. iõ decreuit ꝙ illa mulier q̄ ipm̄ filiuꝫ eſſet paritura ꝓ mundi redẽptiõe ṽgo ꝑpetua foꝛet. Scðo ſciebat ꝙ illa p̄ma foꝛet deſpõſata. ſ. Ade: quã deſponſationem deus ipſe fecerat Gen. j. di. Creſcite et multiplicamini ⁊c̃. Ideo ꝺcreuit ꝙ iſta que deũ eſſet paritura foꝛet deſponſata. Tertio qꝛ ſciebat ꝙ illa pꝛia eſſet ĩuentrix moꝛtis ⁊ diuie ire. Ideo oꝛdinauit ꝙ iſta. ſ. Maria foꝛet inuẽtrix gratie ⁊ genitrix vite. iuxta illð Luce. j. Inueniſti gratiam. ſ. quã ꝑdidit Eua apud dñm. Ecce concipies. ſ. vitam chꝛiſtum q̄ ait Job. xiiij. Ego ſum

via veritas ⁊ vita. ¶ Quarto quia ſciebat ꝙ ꝑ il/
lam.ſ. Euam eſſet claudēda ianua celi.ideo de/
creuit deus ꝙ iſta.ſ.maria foret porta celi. Vñ
canit eccl'ia. Aue maris ſtella dei mater alma at
qꝫ ſp̄ virgo felix celi porta.q2 per eā patet ſalus.
¶ Quinto ſciebat deus ꝙ p̄ma mulier q̄ fuit cā
mali eſſet per malū angelum viſitanda. tentan
da.⁊ ad conſentiendū alliciēda.ideo decreuit
ꝙ iſta.ſ.maria per bonū angelū eſſet ſalutanda
informāda:⁊ ad fidem excitanda.atqꝫ ad ꝯſenti
endum inducenda in filij dei incarnatōe. ¶ Se
xto q2 ſciebat deus ꝙ prima mulier conſentien
do verbis diaboli ꝯceptura erat ⁊ paritura ini/
quitatē ⁊ pctm̄.iuxta illud pſ̄. Ecce parturit in/
iuſticiā.cōcepit dolorē.⁊ pepit iniquitatē.idcirco
ſtatuit ꝙ iſta ſcꝫ benedicta virgo conſentiendo
deo ad verba angeli ⁊ dicendo verbū obediētie
ſcꝫ. Ecce ancilla dn̄i:fiat mihi ſc̄m verbū tuū.cō
ciperet filiū dei q̄ deſtrueret opa diaboli. ¶ Septi
mo q2 ſciebat deꝰ ꝙ illa accepit fructū de ligno
⁊ comedens miſit per guttur in ſua interiora.ido
decreuit ꝙ iſta.ſ.benedicta virgo in ſuis viſceri/
bus caſtis acciperet fructum benedictum.ſ. Ieſuz
quem pareret ligno crucis affigendum.⁊ ſic vi/
uificaret mundū ꝑ Euā occiſum. Vñ Aug. Illa
ſcꝫ Eua occidēdo obfuit.iſta viuificādo profuit
pcuſſit illa.ſanauit iſta ⁊c. ¶ Octauo q2 ſciebat
deus ꝙ ꝑ illā humanū genus in multas miſe/
rias ⁊ neceſſitates deuenire deberet.idcirco ſta/
tuit vt iſta v̄go benedicta eſſet hominibꝫ in om/
ni neceſſitate ſubleuatrix ⁊ aduocata.vñ Bern.
Sileat miſc̄diam tuā o bñdicta v̄go qui in ne/
ceſſitate meminit te ſibi defuiſſe inuocatā. ¶ No
no quia ſciebat deus ꝙ illa foret mater oīm pec
catoꝝ ſuoꝝ filioꝝ.ido decreuit ꝙ iſta btā virgo
foret mr̄ miſericordie oībꝫ pctōribꝫ ac gr̄e.ꝓpter
qd̄ cāit eccl'ia. Maria mat̄ gr̄e mater miſericor/
die tu nos ab hoſte protege.ſ.q̄ hoſtis in Eua
nos peremit.⁊ in hora mortis ſuſcipe.ſcꝫ tanqꝫ
pia mater venie. ¶ Decimo q2 ſciebat deus ꝙ il
la in pctō ꝯcipet ſuos filios ⁊ cum grauamine
portaret ac dolore parturiret.idcirco decreuit ꝙ
iſta v̄go beatiſſima ſine pctō ꝯcipet.ſine graua/
mine portaret:⁊ cum gaudio pareret ſuū filium
ꝑ quē a pctō nos mūdaret ⁊ i filios adoptaret.
¶ Undecimo q2 ſciebat deus ꝙ illa ſuo lacte in
fecto enutriret filios ſuos q̄bꝫ ꝓpinauit amariſ/
ſimū venenū mortis.ideo decreuit ꝙ iſta puriſ/
ſimo lacte v̄gineo enutriret ſuū natū chriſtum:
cuius caro ⁊ ſanguis oībus nobis filijs Ma/
rie adoptatis ꝓpinanda erant in cibū ⁊ potū vi/
te eterne.vt pꝫ in ſacramento eucariſtie. ¶ Du
odecimo q2 ſciebat deꝰ ꝙ eua foret pcti initium
ex q̄ redūdaret culpa in omnes nos ſuos poſte
ros.⁊ in q̄ habitaturus eſſet diabolus ꝑ pctm̄.
idcirco ſtatuit ꝙ iſta bñdicta virgo eſſet nob in/
itiū omnis boni ⁊ ſalutis.in qua habitaret deꝰ
⁊ que plēa eſſet gratia ⁊ omni ſanctitate de cuiꝰ
plenitudine redundaret gratia in nos oēs fili/
os Adē per gn̄atōeꝫ.⁊ filios marie per adoptio
nem chriſti ac regenerationem. Hinc Anſ.lib.
orationum. O femina mirabiliter ſingularis et
ſingulariter mirabilis.ꝑ quā elementa renouā/
tur.angeli repant̄.inferna euacuant̄.hoīes ſal/
uant̄. O femina plena ⁊ ſupplēa gratia. de cuiꝰ
plenitudinis redūdantia reuiuiſcit omnis crea
tura. Hec ille. Sic igit̄ patet quō deꝰ ab eterno
preordinauit oriri debere in mūdo iſtā benedi/
ctā virginē Mariā.⁊ ꝑ eiꝰ diuinū partū repara
ri mundū. O igit̄ pctōr vide quātū debes dilige
re.quantū ve reuereri mariā per quam deꝰ diſ/
poſuit ab eterno ſaluari animā tuā. O q̄nta de/
uotione debes ei ſeruire quam ſi matrem miſe/
ricordie a deo preſtitam non haberes.ab eterna
morte per tuaꝫ matrem Euam inducta nunqꝫ
liberatus eſſes.

¶ Articulꝰ ſcd̄s de ſctificatōe btē Marie in vte/
ro ſue matris. ¶ Capitulum.I.

# SEcundū myſte

riū circa ortū btē v̄ginis declarā
dū dr̄ maternalis ſanctificatiōis
Perutile nāqꝫ eſt ſcire quō ipſa
pia dei mr̄ maria fuerit ſctificata i ſuo ortu. Cir/
ca quod quattuor contemplemur.
¶ Prio vtꝝ fuerit in vtero materno ſctificata.
Secundo quando fuerit ſanctificata.
¶ Tertio vtꝝ p̄ alijs ſctificatꝭ fuerit ſctificata.
Quarto quotiens fuerit ſanctificata.
Primo vtꝝ fuerit in vtero materno ſanctificata
Pro quo nota de intellectu huiꝰ noīs ſanctifi/
catio ꝙ ſc̄m doc.illuminatū.ſ. Fran.maro. in tra
ctatu de ꝯceptōe v̄ginis.ſanctificatio non eſt ali
ud niſi miſſio ſpūſcti ad animā ſanctificandaꝫ.
Vñ multū intereſt int̄ p̄ſeruari a pctō originali
⁊ ſctificari.q2 p̄ſeruari a peccato originali eſt nō
artari ꝑ ſtatutū diuine legis. que ordinauit ꝙ
anima que coniungit̄ carni naturaliter ꝓpaga/
te ab Adā ſit priuata dei viſiōe ⁊ obligata pene
eterne. Sic igit̄ btā v̄go dicit̄ p̄ſeruata a pecca/
to originali.q2 deꝰ nō artauit eam illa lege ſꝫ cō/
grue ꝓpter honorē maternū ex ſpeciali priuile/
gio ſuſpendit ſn̄iam ne ipa in peccatū originale
incideret.vt patuit libro precedenti. ¶ Hic itaqꝫ
queſtio nobis eſt nō de p̄ſeruatōe ſed de ſancti/
ficatōe Vtꝝ.ſ.ipa fuerit vere ſctificata anteqꝫ na
ta ꝑ ſpm̄ſctm̄ in eiꝰ aīam infuſum. Ad qd̄ reſpō
det̄ ꝙ oēs doctores q̄ſtuis diuerſimode proce/
dēdo affirmāt btām v̄ginē ſctificatā fore anteqꝫ
natā.marie Alexā.de Ales in.iij.pte.q.xiij.i tra/
ctatu de incarnatōe chriſti.⁊ Frā.maro.vbi ſ̄.et
Bonauē.in.iij.diſt.iij.⁊ Rich.ibidē.q.ij.arti.j.
necnon btūs Tho.in.iij.pte.q.xxv.arti.j. Que
cōcluſio ꝓbat̄ triplici via. ¶ Primo rōne gene/
rali.ſ.⁊ ꝑticlari. Rōne generali ſic. Eccl'ia nō pōt

errare. ꝛ qui tenet oppoſitū hereticus eſt. ſʒ ſi nō
fuiſſet ſctificata. eccleſia erraret celebrādo eiꝰ na
tiuitatē. qm̄ ſtatui in pctō nō debet ſolēnitas et
gaudiū ſʒ lucꝰ. ḡ ꝛc. Itē rōne ſpēali ſic. qꝛ ſi qḋ
minꝰ videt̄ ineſſe ieſt. ꝛ id qḋ magis. ex reg̃la to
pica. Exemplū ptʒ. Nā ſi rex honorat ruſticum.
multo magis honorare debet militem vel baro
nem ſibi fideliter ſeruientē. Sʒ Hieremias fuit
ſctificatꝰ in vtero Hiere. j. ſimil'r Iohēſ baptiſta
Lu. j. vt ptʒ per Amb. ḡ multo magꝭ cōueniebat
ſanctificari matrē dei mariā in vtero materno.
¶ Scḋo ꝓbat̄ autoritate Ber. dicentis. De ſin/
gulari virgine nulla ambiguitas ſit q̄n ipā ma/
ternis adhuc circūſepta viſceribꝫ ſublimiori ſan
ctificatōis genere ſanctificata ſit. Et iterꝫ. Quod
paucis mortaliū ꝯſtat eſſe collatum fas non eſt
dicere tāte ꝟgini eſſe negatū. Hec Berñ. ¶ Ter
tio ꝓbat̄ figuratōe Eſa. xj. Egrediet̄ ꝟga de ra/
dice ieſſe. i. linea generatōnis regia q̄ in ieſſe fuit
radicata. ꝛ flos de radice eiꝰ aſcēdet. i. virgo ma
ria. ꝛ requieſcet ſuꝑ eum ſpūs dn̄i. Itē Num. xvij
Uirga aaron. i. maria que fuit de ſtirpe Aaron.
quia cognata Eliſabeth Luc. j. in tabernaclo. i.
in matris vtero inuenta eſt floruiſſe dono ſpūſ
ſcti. Sʒ di. Cū btā ꝟgo in ſua ꝯceptōe fuerit ſan
cta. qꝛ ſine originali pctō concepta eſt ꝑ te. quō ḡ
dicis eā ſctificatā fuiſſe. ¶ Rn̄det̄ ſm Rich. in. j
diſ. iij. ar. iij. q. iiij. ꝙ ſanctificari aliq̄d dicit̄ Uno
mō. de non ſctō fieri ſanctū. ꝛ iſto mō nō dicitur
beata virgo ſctificata. qꝛ ꝑſuppōit̄ ſic eam fuiſſe
peccatricem. qḋ nō cōcedo. Alio mō de eſſe ſctō
fieri magꝭ ſctm̄. ſ. ſil' accipiēdo eſſe accipe ꝛ ſan/
ctitatē. ꝛ ſic dr̄ virgo ſanctificata. Un̄ ſm Fran.
maro. vbi ſ̄. in ꝯceptōe ꝟginis deſcendit ſpūſſā/
ctus in aīam eiꝰ. nō vt purgaret eā ab aliq̄ pctō
quod non erat. ſed vt haberet grām ꝛ in ipā cō/
firmaret̄. ita ꝙ nō poſſet peccare vnq̄ꝫ nec mor/
taliter nec venialiter. Et de hoc etiam ſ̄. li. iiij. ha
bes pte. ij. ar. ij. difficul. j. Et infra ca. vj. huiꝰ li/
bri. pte. ij. ar. ij.

¶ Capitulum. II.

Secundo videndū eſt q̄n beata ꝟgo fue/
rit ſanctificata. Ubi nota ꝙ ſi loquimur
ſm modū illoꝝ q̄ tenent ꝙ beata virgo
fuerit cōcepta in pctō originali. ipā fuit ſctificata
poſt infuſiōem aīe a pctō qḋ inerat. Sʒ h̄ mihi
nō placet. qꝛ ſum cum noſtris doctoribꝫ tenenti
bus eā fuiſſe ꝯceptā ſine pctō originali. Naʒ vt
ait glo. ſuꝑ illo verbo Iohan. xix. Mulier ecce fi
liꝰ tuꝰ. chriſtꝰ inq̄t docet vt a pijs filijs cura pa/
rentibꝫ impēdat̄. Sūmā ḡ curā habuit chriſtus
ſue mr̄is. cū ſūme eā dilexerit. imo ſua dilectō fu
it oīs alteriꝰ dilectōis filialis exemplū ꝛ regula
ac mēſura. Sūmo aūt ꝛ mario contrariū non
admiſcet̄. vt ſūme calido nō admiſcet̄ frigus. ḡ
dilectioni qua chriſtus dilexit matrem nunq̄ꝫ
odiū admixtum fuit vel ira. vt nunq̄ꝫ fuit odita
btā ꝟgo a chriſto ꝓ q̄uis inſtanti. Sed ſi fuiſſet
cōcepta in pctō originali. filiꝰ tenebat̄ odire eam
et deteſtari ꝓ illo tūc. ḡ ſequit̄ ꝙ nunq̄ꝫ fuit ipā
iracundie dei vas. Dico igit̄ ſm modū doctorū
nr̄oꝝ ꝙ ſanctificata eſt ꝟgo in ꝑmordio ſue cō/
ceptōis. ita ꝙ ſil' tpe accepit eſſe ꝛ ſanctitatem: vt
ſupra patuit.

¶ Capitulum. III.

Tertio de excellētia huiꝰ ſctificatōis viden
dū reſtat. Utrū. ſ. ꝑ alijs in vtero ſctificatꝭ
fuerit ſanctificata. Et reſpondet̄ ꝙ ſic abſ
q̄ꝫ dubio. Nā ſctificatio ꝟginis tripl'r excedit ali
oꝝ ſctificationem. ¶ Primo tpis celeritate. Nā
Hieremias nō longe an̄ natiuitatē eſt ſctificatꝰ.
iuxta illud. Anteq̄ꝫ exires de ventre ſctificaui te.
Hiere. j. Iohānes ꝟo baptiſta in mēſe ſexto q̄n
Maria viſitauit ꝛ ille in vtero exultauit Luc. j.
Sʒ btā ꝟgo mox vt erat aīa rōnali animata fu/
it ſctificata. vt dr̄ Aug. in q̄dā ſmōe de natiuita/
te ꝟgis. Hec inq̄t ꝟgo mox vt in mundū ꝑ ge
neratōis hūane lineā venit oīs boni ꝟtute pfe/
cte reſplēduit. Mox aūt ꝛ ſtatim referunt̄ ad in
ſtans ſm phm̄. iiij. phyſicoꝝ. ¶ Scḋo excedit ali
oꝝ ſctificatōem in muneris largitate. qꝛ grē mu
nere copioſiꝰ fuit ditata q̄ꝫ alij. qḋ ptʒ ex h̄. quia
alijs ſctificatis in vtero fuit collatum ꝙ poſtea
nunq̄ꝫ peccauerūt mortalit̄. ipā ꝟgo nunq̄ꝫ pec/
cauit etiā venialit̄. vn̄ Ber. Puto copioſiꝰ mu/
nus gratie deſcēdiſſe in ꝟginē q̄ nō ſolū eiꝰ ortū
ſanctificaret. verꝫ ipam ab oī pctō deinceps cu/
ſtodiret imunē. ¶ Tertio in grē vbertate. qꝛ ab
ea grē copioſitas general'r in oēs ſe diffudit. vn̄
Hiero. in ſmone de aſſumptōne dicit. Decebat
vt eſſet plena gratia que celis dedit gl'iam. terris
deū. paceq̄ꝫ refudit. vere gratia plena per quam
largo ſpūſſancti imbre perfuſa eſt oīs creatura.
Hec ille. Et circa ꝑmiſſa.

¶ Capi. IIII.

Quarto occurrit videndū quotiens fue/
rit virgo bn̄dicta ſanctificata. ¶ Ubi no
ta ſm doctores poſitōem ſuꝑ. iij. diſt. iij.
ꝙ tres fuerūt ſanctificatōes matris dei. ¶ Pria
fuit ſanctificatio in vtero materno. in qua habu
it ꝑſeruatōnem a pctō originali ſm noſtros do
ctores ꝛ grē infuſiōem. necnō fomitis extirpati/
onem. vt nō remanſerit nec fuerit in ea niſi cau/
ſaliter. ¶ Scḋa ſctificatio fuit in ſpūſſancti ob/
umbratōe ꝛ filij dī ꝯceptōe. in qua ſpūſſanctus
ſic eā impleuit vt digna foret ꝯcipe virginitatis
gl'ia manente verbū. ꝛ certificauit de ꝑſeuerātia
ac btītudine ꝯſeq̄nda. Unde angelus ait. Ne ti
meas Maria: inueniſti gratiam apḋ dominū.
Et iterꝫ. Spūſſctūs ſuꝑueniet in te ꝛc. ¶ Tertia
in filij dei inhabitatōe in vtero ſuo. in q̄ ſuꝑ pdi/
cta habuit ꝙ totalit̄ dedicata fuit ad diuia ꝛ nō
ſolū mens ſed etiā corpꝰ eiꝰ diuinitatis luce re/
ſplenduit. iuxta illḋ Ezech. xliij. Terra. i. Maria
ſplendebat a maieſtate dn̄i ꝛc. Un̄ etiam licitis
vſibꝫ matrimonialibꝫ eam aptare erat impoſſi/
bile. ¶ Quarta ſm doctores cōmuniter ſancti/
ficatio ſuꝑaddit̄ in aſſumptiōe in q̄ habuit grē
ꝛ glorie cōſūmationē. O igitur deuota aīa pēſa

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

q̄ſctā q̄ꝫfelix q̄ꝫglorioſa ſit virgo Maria q̄ tan
tis grãrũ donis eſt ſublimata. O q̄ꝫexcellentiſſi/
ma regina q̄ tantis inſignijs extat laureata om/
nes ad eam cõfugiamꝰ: eã inuocemꝰ vt eiꝰ pleni
tudine grãm adquiramus.

Articulus tertius de reuelatione tp̄ali facta a
deo multipliciter ꝙ. ſ. beata maria oriri debuit
mundo.

# Tertiũ myſteriũ

dr̄ tp̄alis reuelatõis. Exquo nã/
qꝫ miſericors deus ſic ordinaue/
rat ꝙ mundus reparari deberet ꝑ
incarnatõem chr̄i ex ꝟgine maria. ⁊ ſtatuerat ꝙ
a p̄ncipio mũdi vſqꝫ in finē nll'o vn̄qꝫ tp̄e aliq̄s
ſaluari poſſet niſi ꝑ fidē vniꝰ mediatoꝝ chr̄i Je
ſu ex ꝟgine maria nati. vt dicũt Aug. li. de corre/
ptõe ⁊ grã. ⁊ Greg. ſup Ezech. Vn̄ Act. iiij. Nõ
eſt aliud nomē ſub celo datũ hoīb; in q̄ oporte/
at ſaluos fieri credentes. ꝓpt̄ qđ myſteriũ incar/
natõis chriſti ex virgine maria aliqualiter opor
tuit ⁊ neceſſariũ fuit oī tp̄e eſſe creditũ apđ oēs
ſꝫ vel explicite. vel implicite. vt ꝓbat ſctũſ Tho. ij.
ij. q. ij. ar. vij. ⁊ Bonauē. ſup. iij. diſt. xxv. q. j. ar. ij
Idcirco deꝰ miſerator ⁊ miſericors q̄ neminem
vult ꝑire ſed vult oēs homīes ſaluos fieri ⁊ ad
agnitõem ꝟitatis venire ẜm aplm̄. j. Timo. ij.
omi tp̄e huius mundi multipl'r reuelauit ꝙ vi
delicet oriũda eſſet in mundo vna ſacratiſſima
puella. ſ. Maria ex q̄ dei filiꝰ carnē aſſumēs ſal
uaturꝰ eſſet mũdũ. Poſſumꝰ aũt int̄ cet'a diſtī/
guere ⁊ ꝯſiderare. xij. p̄cipua tp̄a mundi ad nu
merꝫ. xij. ſtellaꝝ in corona btē ꝟgīs. qb; viꝫ tē/
porib; deꝰ oīpotens voluit reuelare ⁊ reuelauit
bn̄dictā ꝟginē mũdo. ⁊ ex ipa fiendā incarnatio
nē chriſti. q̄ in trib; q̄ternarijs deſcribunt̄ vt ptꝫ
inſpicienti in figura ſubſcripta.

Pro primo quaternario.
Primum eſt tempus angelice conditionis.
Scđm eſt tēpus innocentie hominis.
Tertiũ eſt tēpus p̄me tranſgreſſioniſ.
Quartũ tēpus humane multiplicationis.
Pro ſecundo quaternario.
Primũ eſt tēpus patriarchice electionis.
Secundũ tēpus iſraelitice liberationis.
Tertiũ tēpus ꝓphetice reuelationis.
Quartũ tēpus iudaice oberrationis.
Pro tertio quaternario.
Primũ eſt tēpus ph'ice cognitionis.
Secundũ eſt tēpus gentilice conuerſationis
Tertiũ tēpus ꝓprime generationis.
Quartũ tēpus implete incarnationis.

Capitulum. I.

Primo itaqꝫ reuelauit ortũ beate ꝟginis
deus in tp̄e angelice cõditõis. qđ oſten/
dit̄ triplici ratõe. Prio ratõne tentati/
onis. qꝛ vt dicit Bern̄. ſup illud Jone. j. propter
te orta eſt hec tēpeſtas. lucifer qui erat ſummꝰ
angelꝰ cognouit naturã humanam ꝑuenire ad
hanc dignitatē ꝙ vniret̄ deo et aſſumeret̄. ſ. ex ꝟ
gine in vnitatē ꝑſone diuine: ac exaltaret̄ ſuper
naturã angelicã. Vidit inq̄t ⁊ inuidit: ⁊ inuidia
diaboli introiuit in orbē terrarũ. vñ inuidēs ho
mini de maiori felicitate ſupbiuit nolēs ſubeſſe
deo homī. ait eñ. Ponã ſedē meã ad aq̄lonem
⁊ ero ſilis altiſſimo. Eſa. xiiij. Qđ alijs angelis
manifeſtauit et multi ei cõſenſerũt blandientes
eidē de decore ⁊ pulcritudīe ſue conditiõis ⁊ na
ture. ꝙ. ſ. ipſe eſt dignꝰ vt habeat illũ honorē ꝙ
parificet̄ deo: nec ſubſit ei nec ſeruiat homini.
Et ſic oēs e celo ceciderunt. Boni aũt angeli vt
Michael Raphael Gabriel ſeraphin cherubin
⁊c. nõ ꝯſenſerũt ei: imo ꝯtradixerũt. ſed deo obe
dire volētes adheſerũt ei ꝑ charitatē ⁊ fidē. ⁊ ſic
ꝯfirmati ſunt: vt volũt oēs cõiter doctores ſup
ij. di. v. Scđo oñdit̄ rõe reſtauratõis. qꝛ cum
motũ fuiſſet h̄ ꝑliũ inter angelos. ſ. ꝑ ꝯtrariã vo
luntatē. et ruina facta in ſingulis choris: credi/
derũt et nouerũt angeli ꝙ deberet iſta ruina re/
parari ex hoīb;. et hoc nõ niſi impleto myſterio
incarnatiõis ex virgine. Ideo dicit Aug. v. ſup
Gen̄. ad l'ram. ꝙ angelos nõ oīno latuit myſte/
riũ regni dei. i. incarnatiõis. q̄ſdã tñ ratiões hu/
ius myſterij ꝑfectius cognouerũt: chriſto reue/
lante: ẜm Tho. ij. ij. vbi. s. Tertio oñdit̄ rõne
diuine regulatõis. qꝛ diuina ſapīa hāc regulaꝫ
ſtatuit: ꝙ diuina mediātib; angel' ad homines
ꝑueniāt. Unde Diony. iiij. ca. celeſtis hierarchie
dīc ꝙ diuinũ Jeſu benignitatis myſteriũ ange
li primũ edocti ſunt: poſtea ꝑ ipos ad nos diuī
tatis cognitio trãſiuit. ſ. reuelãdo hoīb;. vt patꝫ
de ꝓphetis. ſil'r ⁊ de paſtorib; ac btã virgīe: q́b;
angelus chriſti incarnatiõem reuelauit. q̄ ange
lis hoc priꝰ fuit reuelatũ a deo. Hinc Ecci. xxiiij
btã virgo ait. Ego ex ore altiſſimi ꝓdij. i. ꝑ altiſ/
ſimã ſapiam oriũda fui: primogenita añ omnē
creaturã. ſ. dignitate. ego feci vt oriret̄ in celis. i.
in angelis lumē indeficiēs. ſ. gl'ie ꝯfirmate. ſ. per
fidem incarnationis ex me fiende.

Capitulum. II.

Ecũdo reuelauit deus btãm ꝟginem
tp̄e innocētie hoīs: cũ dñs ait Gen̄. ij
Nõ ē bonũ hoīem. ſ. chriſtũ: q̄ fuit ſe/
cũdus adã ẜm aplm̄: eſſe ſolũ: faciamꝰ ei adiu/
toriũ ſimile ſibi. ſ. Mariã. Nota ẜm Tho. ij. ij.
q. qua. s. ꝙ hõ in ſtatu innocētie habuit fidē ex/
plicitã de chriſti incarnatõe ẜm ꝙ ordiabat̄ ad
cõſũmationē gl'ie. nõ aũt ẜm ꝙ ordiabat̄ ad li/
berationē a pctõ ꝑ paſſionē ⁊ reſurrectionē. Pa
tet qꝛ nõ fuit p̄ſciꝰ pctī futuri. Q aũt hõ p̄ſciuit
incarnationē videt̄ ꝑ h̄ ꝙ dixit. Relinq̄t hõ prēꝫ
⁊ mrēm ⁊ adherebit vxori ſue. Hoc eñ aplus
Eph. v. dicit ſacramētũ magnũ eſſe in chriſto et
eccl'ia. qđ q̄dē ſacrm̄ nõ eſt credibile p̄mũ hoīem
ignoraſſe. Vñ credit̄ a pleriſqꝫ ꝙ Adã in ſopo/

re ſuo diuina reuelatiōe cognouit hoc futurū ſacramentū incarnatiōis. Ut eñ dicit Aug. ſuper Geñ. ad lr̃am. Tūc mens Ade pꝛinceps angelice ſocietatis intrauit in ſanctuariū dei vt intelligeret nouiſſima ī dei ſpeculo. ⁊ vidit ꝙ ex ſacramēto mr̄imonij ꝯtracti inter ipꝫ ⁊ Euā formatam oꝛiūdi eſſent multi ſancti patriarche: ꝓphete: apoſtoli ⁊c̄. Et maxime ꝙ deſcēderet vna ſacra virgo q̄ deū paritura eſſꝫ ſaluatoꝛē mūdi. iō tot⁹ gaudio replet⁹ euigilās locut⁹ ē ꝓpherādo de ſacramēto mr̄imonij di. Relinq̄t hō pr̄em et matrē ⁊c̄. Et ꝓſtea incātū dilexit Euā ꝙ magis voluit ꝯtra dei volūtatē facere ī comeſtione pomi vetiti ꝙ̄ ipam ꝯtriſtare: vt dicit mgr̄ in. ij. di. xxj. ca. v.

Capitulum. III.

Tertiū eſt tp̄s p̄me trāſgreſſiōis. ſcꝫ Ade et Eue: quo tp̄e deus reuelauit futuraꝫ bn̄dictā v̄ginē. qꝛ cū ob p̄uaricationē penas deus mulieri ⁊ Ade infligeret: ⁊ ad ſerpentē maledicturus veniſſet: poſt alia v̄ba ait in figura de Maria. Ipa cōtereret caput tuuꝫ ⁊c̄. O q̄ntū flebāt ⁊ dolebāt p̄mi parētes de miſerijs q̄s incurrerāt ꝑ pctīn. O q̄ntū gaudebāt cū audierūt aliq̄n ꝑ v̄ginē bn̄dictā caput ſerpētis cōterendū: ⁊ ſe liberādos.

Capitulū. IIII.

Quarto reuelauit tp̄e hūane multiplicationis: qꝛ ex eo ꝙ hoīes ceperūt multiplicari in terra: multiplicit̄ deus reuelauit myſteriū incarnatōis ex Maria virgine in varijs ſacrificijs ⁊ figuris an̄ legē ⁊ ſub lege: q̄ruꝫ ſignificatuꝫ explicite maiores cognoſcebāt. minores v̄o ſub velamīe illoꝝ credētes ea diuit⁹ eſſe diſpoſita de chꝛiſto venturo: velatā fidē habebant: vt dicit ſctūs Tho. vbi. ſ. Nā p̄mo abel vidit incarnationē chꝛiſti de v̄gine. ⁊ ideo v̄ginitatē ſeruauit q̄ figurā chꝛi geſſit de v̄gīe nati: vnde ⁊ acceptabile ei⁹ ſacrificiū fuit: ſic dic̄ Augu. li. diuerſaꝝ q̄ſtionū ad oꝛoſiū. Scd̄o enoch in fide mediatoꝛis placēs deo trāſlat⁹ ē vt chꝛiſto de v̄gīe Maria nato tp̄e antichꝛiſti teſtimoniū ferat: et ꝑ hac fide martyr fiat. Tertio Noe hoc intellexit figuratū q̄n̄ de arca emiſit colūbā que nō tetigit aquas nec cadauera: ſed reuerſa eſt ad veſperā poꝛtans ramuꝫ oliue in oꝛe ſuo. ⁊ ſic annūcians pacē terris redditam Geñ. viij. ca. Hec colūba ſine felle. ſ. amaritudīs fuit beata virgo que nō tetigit putredinē vl' motricinīū pcti: hec ad veſperā mūdi ramū oliue poꝛtat cū filiū ex miſcꝺia humanatū: virētib⁹ folijs quia gratia et veritate plenū baiulat: ⁊ terris pacem nūciat cū deo factā. Alias figuras cauſa breuitatis ꝑtrāſeo.

Capitulū. V.

Quinto reuelauit deus ꝙ btā v̄go eſſꝫ futura mundo: ⁊ ex ipa ſaluatoꝛ naſcitur⁹ tp̄e patriarchice electionis multipliciter Ex quibus aliqua inſeramus pluribꝰ ꝑtrāſitis. nam Pꝛimo Abꝛae reuelatū eſt quando dictū eſt. In ſemine tuo benedicent̄ oēs gētes. Geñ. xxij. In ſemine tuo. i. in chꝛo vētur o. ſ. per virginem. Scd̄o Iſaac reuelatū habuit in ſui imolatione Geñ. xxij. quod figurauit chꝛiſtum vnigenitū dei filiū imolatuꝝ in carne ex virgine aſſūpta. Tertio Iacob reuelatū eſt qui ait Geñ. xl. Nō auferet̄ ſceptꝝ de iuda donec veniat q̄ mittēdus eſt. i. chꝛiſt⁹ ex virgine de tribu Iuda oriundus.

Capitulum. VI.

Sexto tp̄e iſraelitice libatōis. Nam Moyſes vidit rubū ardentē ⁊ nō cōburi Exo. iij. Per ignē diuinitas figurat̄. ꝑ rubum non cōbuſtum viroꝛ virginalis. vt canit eccleſia Rubū quē viderat moyſes incōbuſtū cōſuatā agnouim⁹ tuā laudabilē virginitatem. Itē aarō virga ſicca floꝛuit. frondiut ⁊ amygdala ꝓduxit Nume. xvij. ad figurandum ꝙ Maria virgo manens ⁊ ſicca ab omni concupiſcentia. chꝛiſtū generatura erat. Item Ioſue hoc reuelatuꝫ eſt quando ſol. i. chꝛiſtus ſtetit in medio celi. i. ī vtero virginis. Nam celū dicitur a celando. ſic vterus virginis marie celum eſt. quia ſicut in celo materiali. ita in vtero virginali celabatur deus Et hoc habetur Ioſue. iij. Multe alie figure cā breuitatis omittuntur.

Capitulum. VII.

Septio tp̄e ꝓphetice reuelationis. quoniā per oꝛa oīm ꝓphetaꝝ id de⁹ nob in ſcriptura ſacra annūciat. Lege ⁊ videbis. nā Dauid ait. Iurauit domin⁹ dauid veritatem et nō fruſtra. eū: de fruc. ven. t. p. ⁊c̄. Et iteꝝ. Elegit eam deus ⁊ p̄elegit eam. Item. Aſtitit regina a dextris tuis in veſti. deaura. ⁊c̄. Item Salomō Cañ. iij. Egredimini ⁊ videte filie ſion regē Salomonē in diademate q̄ coronauit eū mat̄ ſua. Et vt dicūt doctores hebꝛeoꝝ. vbicūq̄ꝫ ponitur nomen ſalomonis in lib. Cañ. intelligendus eſt ipe deus. Itē Eſa. vij. Ecce v̄go cōcipiet ⁊ pariet filium ⁊ vocabitur nomen eius emanuel. Item Hiere. xxxj. Femia circūdabit viꝝ. ⁊ p̄mittit di. Nouū faciet dñs ſup t̄ram. Item Ezech. xliiij. Poꝛta hec clauſa erit ⁊ vir nō p̄trā. ꝑ eam. q̄m dñs ⁊c̄. Item Daniel ⁊ oēs alij ꝓphete de h̄ vaticinant̄. q̄ꝝ dicta ꝑtrāſeo.

Capi. VIII.

Octauo tp̄e iudaice oberratōis ⁊ diſpſionis. Nā iudei tp̄e q̄ herodes alienigena regnabat cognouerūt do opante temp⁹ foꝛe impletum vt chꝛiſtus veniret. ꝑ illud Geñ. xlix. Nō auferet̄ ſceptꝝ de iuda ⁊c̄. Unde et miſerunt ad Iohem in deſerto vt interrogarēt eū ſi ipe eſt chꝛiſtus. Et ille reuelauit ⁊ confeſſiōem de chꝛiſto fecit Iohan. iiij. Medius inq̄t veſtꝝ ſtetit quem vos neſcitis ⁊c̄. Item omēs iudei diſperſi et errantes a veritate. ſi aduertūt reuelatum habent chꝛiſtū veniſſe in carnem ex virgīe ꝑ illud Eſa. vl. Anteq̄ꝫ parturiret pepit et anteq̄ꝫ veniret partus eius peperit maſculum. vbi gloſa noſtra dicit. Anteq̄ꝫ natus fuiſſet ille q̄ in ſeruitutem redegit vltimaꝫ natus fuit ſaluatoꝛ. i.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ante Titi et Veſpaſiani ſubiugatõem et capti/
uitatẽ. vt patet expreſſius per tranſlatõem chal
daicã q̄ dicit. adhuc nõ erat ei veniens ãguſtia
ꝛ adhuc nõ venerat ei dolor propter partũ ꝛ re/
uelabitur meſſias.

## Capitulum. IX.

Nono tpe phice cognitionis. Ab eo nãq3
tpe q̄ phi naturas rex inueſtigare cepe/
runt ſp repertũ eſt in creaturis aliq̄d tale q̄
mens nra quaſi p exẽpla impſſa naturalibuſ re
bus manuduci põt ad fidem virginee concepti
onis bte Marie ꝛ ei⁹ diuini partus. vt patet p il
luſtrẽ Franci. de retza. li. quẽ edidit de cõceptõne
virginali p plura naturalia exẽpla q̄ habent li.
viij. pte. j. ar. iij. ca. x. Ne tamen omnino hic ſilen
tio ptranſeamus aliqua deſcribuntur. Nã Pri
mo videmus in celeſtib⁹ q radius ſolis qui de
ſe eſt impaſſibilis ꝛ imortalis ac q̄dãmõ capi n̄
põt: ꝛ tñ reb⁹ corporalib⁹ ac mortalib⁹ ſe incor/
porat. vt patet in vitro ſine omni fractõe ptranſi
ens. Item vt dicit Alber. magnus in ſũma natu
ralium. fulmẽ q̄dda erũpens penetrat burſam.
illeſam relinquens. aurum vel es intus conſu/
mens. q̄ multo magis deus imortalis ingredi
ꝛ egredi potuit virgineũ vterũ ſine corruptione
ꝛ ſe vnire carni ꝛc. ¶ Scdo in aialib⁹: videmus
multa ↄcipi ꝛ naſci aialia ſine mare vł coitu. vt
patet de anguilla q̄ marẽ nõ habet ſed per aurẽ
ↄcipit ꝛ fetũ generat. vt dic̃ Ariſto. v. li. de aiali
bus. Item de apib⁹ q̄ ſine patrib⁹ ꝛ matrib⁹ cre
ſcunt. Itẽ de quadã aue Barbas vocata cõit q̄
di de arbore naſci. vt teſtat Alber. xxiij. de aiali/
bus. Itẽ de vulture q̄ matre caret. vt dt Amb. in
hexamerõ. Itẽ de phenice q̄ vnica tm̄ ẽ. ꝛ mult
alijs. ¶ Tertio in terrenaſcentib⁹. vbi flos gene
ratur ex puris hũorib⁹. Quib⁹ oib⁹ quid aliud
deus exemplicare voluit cum ſic res ipas cõdi/
dit. niſi futurũ virgineñ partũ. qm̄ vt dicit apl's
Roma. j. Inuiſibilia dei. ſ. myſteria per ea q̄ fa/
cta ſunt intellecta conſpiciuntur.

## Cap. X.

Decimo reuelatum eſt tempore gẽtilice cõ
uerſatõnis. quia ſm Tho. q. qua ſupra
multis gentilium facta fuit reuelatio de
chriſto. vt patet per ea que predixerunt ꝛ preno/
uerunt multe ſibylle gentiles. ſicut dicit Augu.
ꝛ notat idem Tho. ex quib⁹ aliqua hic inſerun/
tur. naz Primo ſibylla perſica dicit. Ecce beſtia
conculcaberis ꝛ gignetur dominus in orbẽ ter
rarũ. ꝛ gremiũ virginis erit ſalus gentiũ. ¶ Se/
cũdo ſibylla delphica q̄ añ troiana bella ꝓpheta
uit. cu⁹ meminit Criſp⁹ d. Naſcet ꝓpheta abſq3
maris coitu ex virgĩe. ¶ Tertio ſibylla erythrea
in babylonia orta. de q̄ meminit Iſid. etym. viij
di. In vltima etate hũiliabit deus. generabitur
ꝓles diuina. vniet humanitati diuinitas. iace/
bit in feno agnus. ꝛ puellari officio educabitur
deus ꝛ hõ. Hec illa. ¶ Quarto ſibylla helleſpõ
tia in agro troiano nata. de q̄ ſctũs Craditus
dicit. De excelſo celorũ habitaculo ꝓſpexit deus
hũiles ſuos ꝛ naſcet in dieb⁹ nouiſſimis de vir
gĩe hebrea. Plures alias ſibyllas amore breui/
tatis pertrãſeo. Hoc tñ addendũ puto q ſicut
refert ſctũs Tho. vbi ſ. inuenit in hiſtorijs rho
manorũ q tpe Conſtantini Auguſti et Helene
matris eius inuentũ fuit quoddam ſepulcrũ i
quo iacebat homo aureã laminã habens i pe/
ctore in qua ſcriptum erat ſic. Chriſtus naſcet
de virgine ꝛ credo i eũ. O ſol ſub Helene ꝛ Cõ/
ſtantini tpib⁹ iteruz me videbis. Hec Tho. ad/
dens ibidem. q ſi q̄ gentiles ſaluati fuerunt q̄/
bus reuelatio nõ fuit facta. non fuerunt ſaluati
abſq3 fide mediatoris chriſti. q2 etſi nõ habuert
fidẽ explicitã. tñ habuerunt fidẽ implicitã in di/
uina ꝓuidẽtia. credentes deũ eſſe liberatorẽ ho/
minũ ſm modos ſibi placitos ꝛ ſm q veritatem
cognoſcentibus ipſe reuelaſſet. Hec Thomas.
Ecce ergo patet q gentilibus reuelatus eſt ort⁹
Marie.

## Capitulum. XI.

Undecimo reuelat⁹ eſt ortus Marie tpe
prime generatõis. cum vic3 in proximo
eſſet tẽpus originis ꝛ generatõis btẽ vir/
ginis. q2 vt ferunt hiſtorie multipliciter etiã tũc
mundi hoib⁹ innotuit de virginis ortu ꝛ chri/
ſti incarnatõe. ¶ Primo q̄dẽ dicit i hiſtoria ſcho/
laſtica q circa illud tempus. ſ. poſt mortẽ Iulij
ceſaris qui regnauit añ Octauianũ. ſub q̄ vic3
Octauiano q̄ dicebat Auguſtus natus eſt chri
ſtus. tres ſoles in oriente apparuerunt mundo
qui ſoles paulatim in vnũ corpus ſolare reda/
cti ſunt. ad ſignificãdũ q ille naſceretur in ꝓxio.
ſc3 chriſt⁹. in q̄ tria. ſ. caro aia ꝛ deitas cõuenirẽt
in vnã pſonã in virginis vtero. Et hoc Euſebi⁹
in chronica aſſerit. ꝛ Iacob⁹ in ſua legẽda. Lic3
quidam putauerint iſtam apparitionem factaz
fuiſſe in die natiuitatis chriſti. ſed pmum vide/
tur verius. ¶ Secundo Timotheus hiſtorio/
graphus refert ſe in antiquis rhomanorũ hiſto
rijs inueniſſe q Octauianuſ. xxxv. regno ſui an
no. circa quod tempus videt natam fuiſſe bea/
tam virginẽ mariã. capitoliũ aſcendit ꝛ q̄s poſt
ſe regnaret a dijs requiſiuit. Et audiuit vocem
dicentẽ ſibi. Puer ethere⁹ ex deo viuẽti ſine tpe
genitus nõ multũ poſt ex intemerata vgie ſine
macula naſciturus. Hoc audito ibi aram edifi
cauit ꝛ titulum hunc poſuit. Hec eſt ara filij di
viuentis. ¶ Tertio inſuper reuelauit eius ortũ
ꝛ natiuitatẽ angelus Gabriel patri. ſ. Ioachim
ꝛ Anne matri virginis. Ut eñ ſcribit Hierony.
et cõcordit hiſtorie ſonant Ioachim ꝛ Anna in
oi ſcitate ꝛ timore dñi ſine reprehenſione i mã/
datis dei incedentes p annos. xx. ꝓlem ex cõiu/
gio nõ habentes. vouerunt dño q ſi eis ſobolẽ
ↄcederet ſeruitio dñi manciparẽt. cui⁹ rei grã cũ
ſingulis annis in feſtis pcipuis hieruſalem fre
quentarent. in q̄dam feſto cum vna cum contri



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bulibꝫ ſuis ad altare oblatõem ſuã offerret. ſacerdos eũ reppulit cũ indignatõe. ⁊ cur accedere auderet ad altare dei increpauit. aſſerẽs non eſſe cõueniens maledicto legis obnoxiũ. oblationẽ dño legis offerre: nec inť fecundos infecundũ aſtare Joachim ğ ꝯfuſus domũ noluit redire ne a contribulibꝫ q̄ hec audierãt opprobriuꝫ ſuſtineret. Secedẽs ğ ad paſtores ſuos cũ ibi aliq̄zdiu fuiſſet. q̄dã die ei ſoli angelus cum magna claritate apparuit et dixit. Noli timere. ego ſum angelus dñi miſſus ad te vt nunciẽ p̄ces tuas exauditas eſſe et elÿnas in ꝯſpectu domini aſcẽdiſſe. Uidi eñ pudorẽ tuũ et audiui ſterilitatis opprobriũ nõ recte tibi obiectũ. peti q̄dez nõ nature vltor eſt deus. et idõ cum alicuꝰ vterũ claudit ad hoc facit vt mirabiliꝰ denuo aperiens diuini munerꝭ cognoſcať q̃õ naſciť. Nonne Sara diu ſteriľ fuit et poſtea Iſaac cui benedictio repromiſſa eſt generauit. Rachel etiaꝫ diu ſterilis poſtea Joſeph genuit. qui totius egypti dominiũ habuit. Quis fortior ſamſone vľ ſanctior ſamuele. ⁊ tñ ambo matres ſteriles habuere. Crede ğ dilatos diu ꝯceptus mirabiliores eſſe ſolere. Proinde Anna vxor tua pariet tibi filiã ⁊ vocabis nomẽ eius Mariã. hec vt vouiſtꝭ erit ab infantia dño ꝯſecrata. ⁊ ex vtero matris ſpũſctõ repleta. ſꝑ in tẽplo dñi morabiť. neq̃d ſiniſtꝛ de ea ſuſpiceť. Et ſic ipa ex ſterili mr̃e naſcetur. ita mirabiliter ex ea altiſſimi filius generabitur. cuius nomẽ erit Jeſus. ⁊ ꝑ eum omnibus gentibꝫ erit ſalus. Et h̄ tibi ſignũ. cum ꝑuenerꝭ ad aureã hieroſolymis portã Annam vxorem tuã obuiã habebis. q̄ de tua tardatõe mõ ſollicita tũc in cõſpectu tuo gaudebit. His dictꝭ angelus diſceſſit. Anna q̄ꝫ cũ amare fleret ⁊ q̄ vir ſuus iuiſſet ignoraret. idẽ angelus eidẽ apꝑuit ⁊ eadem q̄ viro ſuo nunciauit. ⁊ vt redeunti obuiaret in porta aurea mandauit. Quibꝫ ſic peractis iã ſecuri ⁊ leti de prole promiſſa. adorato dño in galileã ad domũ ſuã redierunt diuinum ꝓmiſſum hilariter expectãtes. Anna igiť concepit ⁊ peꝑit filiã btãm. ſ. virginẽ mariã. de cuius vita ſuo loco tractabiť. Pꝫ ğ reuelatio eiꝰ ortus

Capl'm. XII.

Duodecimo reuelatus eſt mũdo ortꝰ btẽ v̾ginis tpe implete ⁊ iam facte incarnationis diuine ꝑ innumerabilia miracula facta ⁊ fiẽda vſq̄ꝫ in finẽ mundi. q̄ꝛ vt dt Greg. oĩa creata auctorẽ ſuũ in carnẽ veniſſe teſtata ſť. Inſuper per aplõꝝ p̄dicatõem toti mõo innotuit fides de chro ⁊ eius matre v̾gine. Multꝭ q̄ꝫ ſignis ⁊ miraculis extat confirmata ⁊ vſq̄ꝫ ad finem confirmabitur. De quibꝫ loq̄ nõ ſufficimꝰ per ſingula. nec libri capꝑe poſſunt vt ſcribantur. Hoc ſolũ h̄ ꝓ finali puncto dico quod iam clara fide tenemur. autoritate ſcp̄ture rõneq̄ꝫ agnoſcimus. ⁊ innumerabilibꝫ miraculꝭ exp̄imur q̄tĩ die ⁊ exꝑtũ eſſe oculis per totũ orbem cernimꝰ

qm̃ ſic a deo erat eternaliter p̄ordinatũ ⁊ diffinitũ ⁊ iã ope cõpletũ. q̄ꝛ vicꝫ hec ſacratiſſima v̾go hec glorioſiſſima puella. hec digniſſima regina ſcꝫ Maria oriri debuit in mũdo ⁊ per eam filiꝰ dei carnẽ aſſumendo. mundũ debuit repare et redimere. ita debuit eſſe q̄ꝛ ipa virgo benedicta ſit dña mũdi. regina celi. mediatrix dei ⁊ hoim. mater ⁊ gẽitrix dulciſſimi Jeſu filij dei viui. ipa mater gr̃e. ipa mater miſericordie. ipſa omnibꝫ mater ſalutis eťne. O magne deus q̄m mirabiliſ ſapia tua. q̄ꝫ imperſcrutabile ꝯſiliũ tuũ. vt ſic ꝑ feminã ſtatueris ſuccurrere mundo ꝑ feminaꝫ perdito. O filij Adam. O filij Eue. O ꝑditi pctõres. erigite veſtras mentes ⁊ recognoſcite vr̃am ſalutẽ poſitã eſſe in manu marie. ⁊ ſtudete ei tota deuotione deſuire. O fidelis aĩa agñſce q̄ꝛ per Mariã tibi vita. per eam tibi miſcdia. per eam gratia pax ⁊ gloria. Quid igiť o aĩa mea. quid o cor deuotũ in tante v̾ginis laude dicere dignuꝫ potes. quid dignũ retribuere vales. qua ſuauitate. q̄ honore eã oĩ veneratõe dignam reuereri ſufficies. O digniſſima femina ſuꝑ cunctas bñdicta. O amabilis Jeſu mater pia. h̄ tñ dep̄cor hoc oro. vt tu ꝓ nobis pctõribꝫ electa in dei matrẽ pctõres nos nõ deſpice. ſed miſericordiť filium tuũ benedictũ ſine fine in celeſti gloria fruẽdũ exhibe. ⁊ tue gľe ꝑticipes nos effice Amen.

Pars ſecunda ſpecialiter de natiuitate beate Marie virginis.

## Noua lux oriri viſa eſt

Noua lux oriri viſa eſt gaudiũ ⁊ tripudiũ apd̃ omnes ꝑplos Heſter. viij. cap̄. ⁊ ad laudẽ ac gľiam natiuitatis bñdicte v̾gis. Hec q̄ppe eſt illa dies celeberrima q̄ noua lux oriri viſa eſt cuꝫ Maria nata eſt mõo. cuius vita inclyta cũctas illuſt. ec. vt canit eccleſia. Cuiꝰ fructꝰ gľioſus id ẽ dulciſſimꝰ Jeſus lux eſt mũdi q̄ illuminat oẽm hoiem venientẽ in hũc mũdũ. ⁊ idõ ꝓ hac natiuitate v̾gis gaudiũ eſt ⁊ tripudiũ apd̃ oẽs populos. In q̄bꝫ q̄dẽ v̾bis p̄aſſũptꝭ tria precipua notanť ꝓpť q̄ debet q̄liber fidelis moueri ⁊ induci ad colẽdũ ſũma reuerẽtia cũ pleno cordiſ gaudio hanc feſtiuitatẽ natiuitatis Marie.

Primo ꝓpter nouitatẽ quia noua.

Scdõ ꝓpť ſanctitatẽ quia lux.

Tertio ꝓpť vtilitatẽ q̄ꝛ apd̃ oẽs ꝑplos.

Primo q̄dẽ ꝓpť nouitatem. Noua q̄ppe ⁊ totis retroactis tpibus ſeculi inaudita ⁊ inſolita fuit talis virginis natiuitas. quoniam vt canit eccleſia. ipa nec primam ſimilem viſa eſt nec habere ſequentem. Et vt ſc̄m Origenem ſermone de natiuitate loquar. Quis vnq̄ꝫ vidit talia. quis audiuit talia. vt vna puella virgo ſit ⁊ mater. ipſa ancilla ⁊ genitrix. ⁊ non ſolum hominis ſꝫ ⁊ dei vt portetur manibus femineis a quo portatur totꝰ orbis. Hec virgo hodie nata eſt. ⁊ idõ no-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

na lux oritur viſa eſt. Scḋo ꝓpt̄ ſanctitatē. quia lux. Lux em̄ cū ſit rer̄ puriſſima. imo res diuīa. qm̄ deus lux eſt ⁊ tenebre in eo non ſunt vlle. j. Joh. j. bn̄ figurat v̄ginis ⁊ eius natiuitatē ſanctitatē. Vere nāq̄ ipa v̄go glˀioſiſſima ſup oēs ī ſui natiuitate eſt ſcīſſima. q̄ꝛ vt melliflu⁹ Ber. ait. Copioſior inqt ſcificatōis bn̄dictio in ipam deſcēdit q̄ nō tm̄ ipi⁹ ſanctificaret ortum ſꝫ etiaꝫ vitā deinceps ab oī pctō cuſtodiret imunē. qḋ ne mini alteri in nat̄ͥ mulier̄ credit̄ eſſe donatum. Hec ille. Si igit̄ alior̄ ſcōr̄ feſta cū gaudio colimus. quāto magis feſtū Marie. Tertio deuoti⁹ colere debem⁹ ꝓpt̄ vtilitatem q̄ p eam ꝓuenit oī ꝑplo toti⁹ mundi. Ad qḋ inuitans eccleſia canit. Cum iocunditate natiuitatem beate marie celebremus vt ipa pro nobis intercedat ad dn̄m Jeſum xp̄m. Proinde btūs Anſ. li. Oronum ait. O feliciſſima Maria. quid dicem⁹. q̄li organo vocis te laudem⁹. quātū tibi debemus q̄cq̄d ꝓtulerimus minimū eſt ⁊ q̄ſi nihil ad ea q̄ tibi ex eq̄ debem⁹. Tu em̄ gen⁹ hūanū p tuū virgineū partū in p̄ſtinū deduxiſti eterne glorie ſtatū. Tu leges inferni p mortē filij tui deuicto p̄ncipe mortis euertiſti. p te ad gl̄iam quicunq̄ꝫ ꝑuēturi ſum⁹ ꝑueniem⁹. p te eſt ſiq̄d boni ſum⁹ ſiq̄d poſſum⁹. ⁊ q̄cq̄d habē⁹. hec Anſ. Dignuꝫ igit̄ ⁊ iuſtū eſt vt in hui⁹ noue lucis. in hui⁹ ſanctiſſime virginis (p quā mūdo tot ⁊ tāta donata ſūt bona) ortu ⁊ natiuitate gaudium ſit ⁊ tripudiū apḋ oēs ꝑplos. vt ꝓpoſitū dicit thema. De hac itaq̄ꝫ ſanctiſſima natiuitate tractantes. tria myſteria declarabim⁹ pro iſta parte.

Primū dr̄ myſteriū ꝓphetice cōmēdatōis.
Scḋm dr̄ myſteriū dignifice gl̄iationis.
Tertiū dr̄ myſteriū ḡtifice iocundationis.

Articulus p̄mus q̄ ort⁹ btē Marie cōmendat̄ p ꝓphas multiplr̄. ⁊ p̄cipue p Salomonē in canticis.

## PRimū myſteri-

um dr̄ ꝓphetice cōmēdatōis. Ubi ſciendū q̄ ſpūſſctūs p ora omniū ꝓphetar̄ multifarie v̄ginem bn̄dictā p̄dicendo cōmēdauit. Aliq̄n q̄dē in figurꝭ vt patꝫ in p̄figuratōne p̄me lucꝭ Gen̄. j. ⁊ in arca Noe Gen̄. v. in iride. ī arca federꝭ. ī throno Salomonis. ⁊ multis alijs figuris. Aliq̄n v̄o ī viſionib̄. vt ī rubo ardēti quē vidit moyſes Exo. iij. ⁊ in porta clauſa quā vidit Ezechiel ca. xliiij. Aliq̄n aūt cōmendauit eam in rer̄ ſilitudinib̄ ⁊ ꝓprietatibus. vt in virga Eſa. xj. Egredief virga de radice ieſſe ⁊c̄. Int̄ oīa aūt de ei⁹ ortu vel ꝓgreſſu loquit̄ Salomon Can. vj. pulcerrime ei⁹ ortū cōmendando ⁊ quattuor reb̄ cōpando di. Que eſt iſta q̄ ꝓgredit̄ quaſi aurora conſurgens. pulcra vt luna. electa vt ſol. terribil̄ vt caſtrorum acies ordinata. De quibus hic tractare intēdo. Primo ergo virgo beata cōpatur auroe in ſua natiuitate. ⁊ hoc plurib̄ rōnibus

¶ Tertia vtilitas: gratie infuſio. quia ipſa eſt mater gratie: vt canit eccleſia. Idcirco Bern̄. Queramus inquit fratres gratiam per Mariam: qui ſic querit inuenit: et pulſanti aperietur. Ambro. Qui inuocat Mariam conſequiꝰ grām. Hinc ipſa dicit Eccl. xxiiij. In me oīs gratia vie ꝛ veritatis. Et infra. Tranſite ad me ꝛ a generationibus meis adimplemini. Sicut nanqꝫ teſte apoſtolo: nemo poteſt dicere dominus Jeſus niſi in ſpiritu ſancto: ita nemo pōt dicere: ſancta Maria domina mea: niſi in gratia ſp̄uſſancti. quod itelligendum eſt ſm Alexandrū de Ales de dictione cordis: oris: et operis. ¶ Quarta vtilitas: cordis dulcoratio. Sicut enim Moyſes virga dulcorauit aquas Exodi. xv. ſic memoria Marie ꝛ eius nominis inuocatio dulces producit e corde lachrymas. Hinc Canticoꝝ. j. Meliora ſunt vbera tua vino. ſcilicet letificando cor: fragrantia vnguentis optimis. ſcilicet deuotionis interne. Unde Bernardus in ſermone quodam. O felix Maria tu nec nominari potes quin ſtatim exaudias: nec cogitari quin tecum ſit affectus diligentium te. ¶ De hoc refert Diſcipulus Exemplū in ſuo promptuario: exēplo. lxxij. dicens. ¶ Iuxta eccleſiam ſancti Seuerini in Colonia icluſus quidam habitabat. hunc cum matrone ciuitatis viſitarent: vna deuota dixit eidem ꝙ nomē domine noſtre dicere non poſſꝫ ſine mira q̄dam dulcedine. Cauſa tante gratie requiſita: ait. Singulis diebus in honore eius. l. Aue Maria dicere cōſueui: vnde tantā dulcedineꝫ merui ꝙ oīs oris mei ſaliua tēpore orationis in mel videatur cōuerſa. Quod ille incluſus audiēs: cepit eiꝰ exēplo per hebdomadā cōplere Aue Maria: ꝛ tan

tam hauſit dulcedinẽ in noīe Maria ꝙ ſupˀ oē
mel trāſcēderet. Vñ patet ꝙ ſicut teſte Bernˀ. hoc
nomē Jeſus: ita hoc nomē Maria mel eſt i ore:
melos in aure: iubilus in corde. ¶ Quinta vtili/
tas: demonū effugatio. qꝛ vt dicit Bernˀ. et alle/
gat in Specło btē vginis. Ubicūqꝫ inqt nomē
Marie noīat: ibi demonū nocumentū effugat:
reis venia ⁊ egris medela atqꝫ ꝑegrinantibꝫ ad/
iutoriū dat. Hec ille. Idcirco ipa deſcribit Can.
vj. terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata. ¶ Refert
de hoc Exemplū idē Diſcipulus vbi ſ. exemplo
lxxvij. Qꝫ cuidā puelle diabolus ſepius in mul/
plici forma apparens fere in amentiā eā duxerat.
et ipſa ꝓpoſuerat ingredi monaſteriū. a quo vo/
lens auertere eā diabolus: apparuit ei nocte ſua/
dens mundi delitias et ꝑdicēs ei oīa incōmoda
religionis. Reſpōdit illa. Quid mihi erit ſi in de/
litijs quas ꝓmittꝭ mortua fuero. Ad quod ver/
bum demō tacuit ⁊ eam rapuit ⁊ conabat ꝑcipi/
tare de feneſtra. Que cū diceret Aue Maria: di/
miſit eam diabolus dicēs. Si hac hora illā mu/
lierē non nomīaſſes: occidiſſem te. et in religione
tibi aduerſabor. quo dicto diſparuit. Vñ Bernˀ.
ſermone In lectione: dicit. Horrēt ꝑncipes tene/
brarū Marie deuotā inuocationē. qꝛ in circūi/
tu eiꝰ acies valida innūerabiliū ſpirituū beatoꝝ
ſibi deuotos defendentiū. Hec ille. ¶ Sexta vti
litas: tentationū refrenatio. quia in omni tenta/
tione ad inuocationē Marie deus fidelis faciet
ꝓuentuꝫ auxilij: ſiue ipſa tentatio ſit a carne: ſiue
a mundo: ſiue a diabolo. Vñ ipſa ait Eccī. xxiiij.
Quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas. i. iu
xta populos baptizatos. quia vt ſcribit Apoca.
xvij. Aque multe populus mltus. Per hoc aūt
ꝙ dicit: quaſi platanus. innuit ꝓtectionē quā fa/
cit in tentatione. quia platanꝰ habet folia ad mo
dum ſcuti. et idcirco defenſationē ſignificat. Itēꝫ
ibidēꝫ. Quaſi cedrus exaltata ſum in libano. Et
iterum. Quaſi mirrha electa dedi ſuauitatē odo/
ris. Cedrus nanqꝫ odore ſuo fugat ſerpentes.
et mirrha occidit vermes in carne. et ideo ſignifi
cat motuū ⁊ tentationū refrenationēꝫ. Hoc figu
ratū eſt. j. Reg. xvij. qñ Dauid cū virga vel bacu
lo ⁊ funda et quinqꝫ lapidibꝫ acceſſit contra Go
liam ⁊ eū occidit ꝑualens ei. Virga eīn eſt Ma/
ria. et lapides quinqꝫ vulnera chriſti. Ad idē ꝑti
net ꝙ Bananias virga ſuꝑauit Egyptiū ⁊ triū/
phans occidit eū. ij. Reg. xxiij. ¶ Septima vtili
tas: in periculis ꝓtectio vel defenſatio. Vñ Ber.
In ꝑiculis inuoca Mariā. vt patuit in autorita
te poſita in fine ꝑmi articuli. Et hoc confirmat ꝑ
multa miracula: e quibꝫ vnum cauſa breuitatis
adducā: quod refert Diſcipulus vbi ſ. exemplo
xxix. Cum eīn quidam nauigantes ꝑ mare hie/
roſolymā aqua irrūꝑe cepiſſet nauem: Epiſcopꝰ
aſſiſtens inter eos et qdam nobiles: citiſſime in
cymbā que intus ferebat in mare depoſitā cōſcē
derunt. vnus cum deſcendere vellet: in mare ceci
dit ⁊ merſus eſt ſubito: nec cōparuit. Dis vo q
relicti ſunt in naui clamantibꝫ in celū aquis ſub/
intrantibꝫ naui: abſorpti ſunt a mari. Epus vo
flens cōmendabat dño coꝝ aīas. Et ecce vidit
e mari qſi colūbas ſpecioſas ſubito euolare ⁊ in
celum conſcendere: qs agnouit eſſe aīas ſocioꝝ
ſummerſoꝝ. et tūc magꝭ cepit flere ꝙ ipſe cum ſo
cijs nō eſt ſuffocatus: vt in celū potuiſſet euola/
re. Tādē cum in cymba applicuiſſent terre: ecce ſo
cium q inter duas naues ceciderat in mare vide/
runt viuum ⁊ incolumē exire de mari. vñ ſtupen
tes interrogant qd illi acciderit. Rñdit ille. Bea/
te inqt genitricis nomen cum in aquā caderē ex/
clamaui: ſicqꝫ eiꝰ memoriā ⁊ nomen habēdo: ad
ima pelagi deueni. at ipa mr miſcdie q immemor
ſuoꝝ eſſe non pōt aſtitit mihi ſub vndis ⁊ pallio
cōtexit: et vſqꝫ ad litus ꝑduxit ſub aqs. Hec di/
centes: laudes deo ⁊ btē vgini detulerunt. Vñ ca
nit eccleſia. A ꝑiculis cunctꝭ libera nos ſꝑ virgo
bñdicta: in cōpletorio ad cāticū. ¶ Octaua: infir/
mitatis ⁊ peſtis repulſio. vñ Bernˀ. vt allegat in
Speculo vginis: dr. Nō eſt peſtꝭ tāmala q mor
nō diſcedat ad nomē Marie. Ibidē dicit idem.
Ubi nomē Marie noīat: demonū nocumentuꝫ
effugat: et egris medela dat. Vñ legit in vita ſcī
Gregorij ꝙ cū maxia peſtꝭ Rhomā deuaſtaret:
imaginē vginis quā Lucas euāgeliſta depinxit
aū ꝓceſſionē ferebant. et ſic aer a peſte mūdari vi
debat. Noui puerum qui in peſte cum ſe ſentie/
bat infectum: nouē vicibꝫ cum Aue Maria apo
ſtemacꝭ locū cōſignauit. et ſic ſepius liberatꝰ eſt:
nec vnqꝫ ei peſtis ꝑualuit. ¶ Nona vtilitas: ora/
tionū in qcunqꝫ neceſſitate exauditio. Nā Moy/
ſes virgā manu tenebat cum in monte orabat. et
ſic victoriā poſtulans ɔtra Amalech impetrauit
Exo. xviij. Virga eſt Maria: ꝑ quam orationes
noſtre exaudiunt. Et ideo vt dicit Albertus ſuꝑ
Miſſus eſt. eccleſia hoc nomē Maria interpo/
ſuit i ſalutatōe angelica: vt vicꝫ oratio magꝭ ſor/
tiat effectū exauditionis. Vñ Bernˀ. Sileat miſe
ricordiam tuam virgo bñdicta quicūqꝫ te in ne/
ceſſitatibꝫ ſuis inuocatam meminit ſibi defuiſſe.
¶ Decima vtilitas: in morte aſſecuratio. qa vt ca
nit eccłia: ipſa eſt regina miſericordie: vita ⁊ ſpes
noſtra. ipſa aduocata noſtra que poſt hoc exiliū
filium nobis oſtendit. Idcirco Bernˀ. O hō ſecu
rum habes acceſſum ad deum vbi mater ſtat añ
filiū ⁊c. ¶ Refert Diſcipulus vbi ſ. exēplo. lxxvj.
ꝙ miles qdam intrauerat ordinem Ciſterciē. ⁊
cum grauiter fuiſſet infirmatus: cepit deſperare
propter multitudinē peccatoꝝ in ſeculo cōmiſſo
rum. Pauēs ergo et merens efficit. et ſtatim btā
virgo ei apparens cōſolata eſt eum. Qui mutatꝰ
ad leticiā maximā: interrogatꝰ eſt ab abbate vnd
ſibi tā ſubita mutatio. Et ille. quia inqt ecce aſtat
beata vgo cōſolans me. Interrogatus qd boni
fecerit quo id meruerit: reſpōdit. Nunqꝫ inquit
omiſi qñ audiui nomē Marie qn flecterem ge/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nua mea ob eius reuerentiam. vñ aīam ꝟgīni cōmendauit: et illa eā ſuſcepit et in celum perduxit. Hinc canit eccleſia. Maria mr̄ grē maẗ miſcd̄ie: tu nos ab hoſte ꝓtege: in hora mortis ſuſcipe.

¶ Undecima vtilitas: purgatorij ignis refrigeratio. Hiere. xviij. Nunqd de petra agri deficiet nix libani. i. refrigeriū de Maria poſt mortē noſtrā. q. d. nō. Cum em̄ in purgatorio ſūme egeāt aīe miſcd̄ia Marie: ideo eaȝ marie inuocāt. Unde qdam valde cōſcientioſus ꝛ vite laudabilis mihi retulit ꝙ nouerit qndā fratrē ordinis minoꝝ in regno Hūgarie: qui qdam vice raptus in ſpiritu in purgatoriū: audiuit et ſic ſibi viſum eſt ꝙ oēs aīe lugubri voce Mariā inuocarēt ꝛ Salue regina canerēt. Idcirco Bern̄. in ſer. Ex te inqt o btā virgo ſalus pendet vniuerſoꝝ filiorum Adā: conſolatio miſeroꝝ: et redemptio captiuorū. Ad te reſpiciūt ꝛ q in celo habitant vt exultēt: et q in purgatorio vt eripianẗ: et q in mūdo ſunt et q ſequunẗ vt glificenẗ. Hec ille.

¶ Duodecima vtilitas eſt in celo p̄ſentie delectatio. Oēs em̄ ſancti ꝛ p̄cipue ei⁹ deuotiores famuli q ſedule eā in hac vita inuocauerunt: dicere habent ſumma cū delectatione ꝛ dulcedine hauſta ex ſua p̄ſentia illud Judith. xv. Tu glīa hieruſalē: tu leticia iſrael: tu honorificētia popli noſtri. O q̄ȝ igiẗ dignioſum. o q̄ȝ excellēs ꝛ ſublime eſt hoc nomē glorioſiſſimū Maria. O q̄ȝ vtile oibus inuocātibꝫ ipm. qm̄ ꝑ hoc ſcīſſimū nomē lapſus ſubleuaẗ: pctōꝛ liberaẗ: gratia īfundiẗ: coꝛ dulcoraẗ: demō effugaẗ: tentatio refrenaẗ: picl'a euitanẗ. peſtes et infirmitates repellunẗ: orationes exaudiunẗ. O feliciſſimū nomē ꝑ qd̄ homo in morte aſſecuratur: in purgatorio refrigeraẗ: et in celo ex p̄ſentia tante dn̄e iocundaẗ. O aīa fidelis vtinaȝ ſapeꝛes et intelligeres dulcedinē ꝛ fructum huius nois et ipm ſemꝑ in corde ꝛ oꝛe haberes. Hoc te moneo: hoc exhortoꝛ vt deſcriptū habeas in domo vel oſtio tuo: q frequnti⁹ viſo recorderis. Felix certe illa domus vbi ſꝑ memoria teneẗ Marie. O chriſtiane recogn̄ſce nomē tue matrꝭ ꝟgis benedicte: q ſola eſt ſpes ꝛ refugiū aīe tue: vita: ſpes: et dulcis cōſolatio cordis tui: ipm inuoca: ipm flexis genibꝫ acclama: ipm nomē exoꝛa: vt Maria ſit tibi maria. i. maris ſtella in hui⁹ ſeculi ꝓcella q dirigarꝭ ad celeſtia regna.

¶ Pars ſecūda libri ſexti de glīoſo nomie Marie: qm̄ ab ipſis ꝓphetis commendaẗ ꝛ dignifice cognoīaẗ ac honorifice ſublimaẗ.

Domus quā edificari volo talis eſſe debet: vt in cunctis regiōibꝫ nomieẗ. j. Paral'. xxij. Uerba ſunt regꝭ Dauid ad lr̄am de templo dn̄i. Figuratiue aūt ea ꝟba accipiunẗ vt ſint veri Dauid. i. chr̄i deiq̄ꝫ patrꝭ de ꝟgie maria q facta eſt tēplū ꝛ habitaculū filij dei: q vtiq̄ꝫ talis ꝛ tāte excellentie eſſe debuit: vt in omnibꝫ terre regionibꝫ eius nomē celebꝛe exiſteret. Ubi notandū ꝙ in verbis ipſis beata ꝟgo tripliciter cōmēdaẗ.

¶ Primo qdem a diuia inhitatione: cum dr̄. Domus. In q dicto notaẗ ꝙ de⁹ in ipſa ſicut in domo qeta habitauerit: non ſolū ꝑ grām vt ī alijs hominibꝫ. ſed etiā ꝑ coꝛꝑalem p̄ſentiā: carneȝ ex ea aſſumendo. Uñ ipſa dicere pōt illud Eccī. xxiiij. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo.

¶ Scd̄o cōmendaẗ a ſumma dignificatiōe: cum diciẗ. talis eſſe debet. i. tante excellentie ꝛ dignitatꝭ vicȝ ſumme qua maioꝛ creature cōicari nō potuit ſub vnionis dignitate ꝑſonalis in chr̄o: ꝛ quā eius dignitatē oēs creature merito admirantur: vtpote cum ſit regina mūdi: dn̄a angeloꝛum: dei mater. De ei⁹ dignitate Hieronym⁹ (vt allegaẗ in libro originaliū) dicit. Quid dicemus de te virgo ſereniſſima: pulcerrima inter oēs mulieres. ſi ſolem te dixerim⁹: ſplendidioꝛ es. ſi roſam: floridioꝛ es. ſi liliū: candidioꝛ es. ſi cinamomū. ſi balſamū: ſed oēs ſpecies aromatis odoꝛe tuo p̄cellis. qꝛ p̄uilegia. ſ. dignitatꝭ tibi a deo cōceſſa non ſolum hoibꝫ ſed ꝛ angelis admirāda ſunt. Hec ille.

¶ Tertio cōmēdaẗ in ꝟbis p̄miſſis a celeberrima nominatiōe: cum dr̄. vt in cunctꝭ regionibꝫ noieẗ. Reuera nomē Marie apud oēs nomiaẗ celeberrima veneratiōe. qꝛ ex hoc btām eā dicent oēs generatiōes Luc. j. ca. Bern̄. in ſer. Beatā te o bn̄dicta virgo dicent merito oēs generatiōes. quia omnibꝫ generationibꝫ vitam ꝛ glīam inuenisti. In te em̄ angeli leticiaȝ: iuſti grām: pctōꝛes veniam inueniunt in eternum. Hec ille. Uñ impletū eſt illud Eſa. ix. ẜm aliam lr̄am ſcꝑtuȝ. Erit nomen eius glīoſum. Qd̄ pōt eſſe aliud thema pro hac pte.

¶ Acturi igiẗ de glīa nomis bn̄dicte ꝟginis Marie: ad p̄ſens tria myſteria declarabimus ẜm triplicē eius glīoſitatē.

¶ Primū dr̄ myſteriū ꝓphetice cōmendatiōis.

¶ Scd̄m myſteriū dignifice cognomiationis.

¶ Tertiū myſteriū honoꝛifice ſublimatiōis.

¶ Articulus p̄mus qualiter ſancti ꝓphete gloriam nois marie p̄dixerunt ꝛ cōmendauerūt in ſimilitudinibus.

Primum myſterium de glorioſo noie ꝟginis marie dr̄ ꝓphetice cōmēdationis. Hoc eſt: qlr̄ ſancti ꝓphete ſpū̄ſctō inſpirante gloꝛiam nomis marie cōmendarunt. Qd̄ qdem ſi volum⁹ agnoſcere: ꝓducam⁹ tm̄modo ꝓphetas tres: alijs cauſa breuitatis p̄termiſſis. et dicāt nobis de hoc veritatem.

¶ Primus eſt Moyſes.

¶ Secundus eſt Balaam.

¶ Tertius eſt Salomon.

Primus ꝓpheta Moyſes. O ſancte propheta Moyſes: ſcimus quia tu facie ad faciem loque-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

baris cū deo tanq̄ȝ amicus familiaris cū amico
teſte ſacra ſcp̄tura. Tibi ğ deus reuelauit myſte-
ria de filio ſuo incarnādo ⁊ eius matre gl'ioſiſſi-
ma. Vñ dixiſti filijs iſrael Deut. xviij. Prophe-
tam de gente tua ⁊ de fratrib9 tuis ſuſcitabit tibi
dñs: ip̄m ſicut me audies. quicunqȝ nō audierit
ꝓphetā illū: exterminabit̄ de ꝓp̄lo dei. Hic igit̄ nūc
nobis tu ſancte Moyſes q̄d tibi videbat̄: quid
deo inſpirāte ſentiebas de noīe mr̄is dei: ꝙ gra-
tioſum ⁊ cōmendabile: bn̄dictū ⁊ laudabile fo-
ret. Audi diligēter o fidelis aīa quid Moyſes
in cōmendatione huius noīs dixerit Gen. j. Di-
xit vo de9: Cōgregent̄ aq̄ que ſub celo ſunt in lo
cum vnū ⁊ appareat arida. factūqȝ eſt ita. et vo-
cauit deus aridā terrā. congregationesqȝ aqua-
rū appellauit maria. Notate v̄ba: ſigīte myſteria.
Quid eſt em̄ cōgregatio aquaꝝ: niſi cōgregatio
oīm graꝝ i vnū locū. i. ī virginē matrē. Vñ ſalua
toꝛ ꝑ aquam gratiā ſp̄uſſancti intelligēdā docu-
it. Joh. iiij. Aquā quaȝ ego dabo fiet in eo fons
aque ſalientis in vitam eternā. Hic igit̄ congrega-
tionē graꝝ in dei matre voluit appellare de9 ma-
ria a mari. Tm̄ in hoc eſt differētia ꝙ maria me-
dia coꝛrepta appellat̄ cōgregatio aquaꝝ: ideo. qꝛ
trāſitoꝛia breui tp̄e eſt: iuxta illō Apoc. xxj. Ma-
re abijt ⁊ iam non eſt. Congregatio v̄o gratiarū
appellat̄ maria media ꝓducta. quia iſta eſt ꝑpe-
tua in v̄gine bn̄dicta. Lu. x. Maria optimā ꝑteȝ
elegit que nō auferet̄ ab ea. Hec Alber. magnus
ſup Miſſus eſt. ca. clxvij. Vñ patet quō Moy-
ſes nomen Marie p̄figuratum cōmendauerit.
Hinc maria interp̄tat̄ vno mō ſic. i. amaꝝ mare:
vt dicit Hiero. in expoſitione terminoꝝ Biblie.
Et ſi q̄ras ⁊ dicas. Unde hoc cōgruebat vt no-
men matris dei acciper̄ a mari amaro: et ꝑ mariſ
nomen cōmendaret̄: Reſpōdet̄ ſm Jacobū de
Voꝛagine in ſuo Mariali. li. j. ꝙ precipue ſeptē-
plici ratione. Primo ratione plenitudinis. q̄a
ſicut in mari magno eſt plenitudo ⁊ efflux9 oīm
aquarū: ita in matre dei plenitudo ⁊ effluxus in
alios omniū gratiarū. Unde Lu. j. Aue grā ple-
na. Hinc Eccl. xxiiij. In me oīs gratia vie ⁊ ve
ritatis. Scd̄o rōne amaritudīs. quia ſicut in
mari multa conſtat amaritudo: ita in dei matre
ſup filij paſſione. quia vt dicit Aug. ⁊ etiā Bern.
Non potuit Maria videre filiū crucifigi ſine af
fectu materni doloꝛis: etſi ſperaret reſurrectuꝝ ⁊
moꝛtē ſupaturū. ſed gladi9 doloꝛis ptrāſijt coꝛ
ei9. Hinc Thren. ij. Magna eſt velut mare con
tritio tua. et Ps. Omnia excelſa tua et fluct9 tui
ſup me tranſierunt. Tertio ratione multitudi-
nis. quia ſicut nō poſſunt numerari gutte mariſ
pre multitudine: niſi a deo ſolo qui omnia in pō
dere ⁊ numero fecit. ſic nec miſericoꝛdie et gratie
Marie niſi a ſolo deo. Unde Eccl. j. Arenā ma-
ris ⁊ guttas pluuie quis dinumerauit: quia ille
ſolus. ſ. deus nūerare poteſt miſericoꝛdias ⁊ gra
tias ſue matris. Quarto ratione nauigij ⁊ ei9

aptitudinis. quia per matreȝ dei tanq̄ȝ per mare
dei filius venit in mundum. et per eam veri iſrae
lite nauigant ⁊ ꝑueniūt ad poꝛtum felicitatiſ eter-
ne. Hinc Ps. In mari via tua: et ſemite tue in a-
quis multis. Quinto ratione ſalſedinis. quia
ſicut aque maris ſalſe ſunt: ſic gratie matris dei
ſale ſapientie ⁊ diſcretiōis plene. Eſa. xj. Requie-
ſcet ſup eam ſp̄us ſapientie ⁊ intellectus. Se-
xto ratione accenſionis ſitis. quia aque mariſ ſi-
tim accendunt cum bibunt̄. ſic nomē matris dei
in coꝛdibus deuotoꝝ accendit deſideriū et ſitim
eternoꝛum. Eccl. xxiiij. Qui bibunt me adhuc ſi-
tiunt. Septimo raotine indeficientis habitu-
dinis. quia cum omnia flumina exeant a mari ⁊
reuertant̄: mare nō redūdat nec deficit a ſua ple-
nitudine. ita etiam incōp̄henſibilis miſericoꝛ-
dia matris dei: licet in omnes influat: non tamē
deficit in ſeculū. nec maioꝛi dignitate creſcere po-
teſt Maria. Hanc imenſitatē miſericoꝛdie ma-
tris dei Bernardus ꝑpendens in quodam ſer-
mone dicit. Quis miſericoꝛdie tue o bn̄dicta lon
gitudinē: latitudinem: ſublimitatem ⁊ ꝓfundita-
tem queat inueſtigare: Nam lōgitudo eius vſ-
qȝ ad nouiſſimū diem: inuocātibus eam ſubue-
nit vniuerſis. Latitudo eius replet oꝛbem terra-
rum: vt ſua miſericoꝛdia plena ſit omnis terra.
Sublimitas eius ciuitati ſupne inuenit reſtau-
rationē. et pꝛofundum eius ſedentibus in tene-
bꝛis ⁊ vmbꝛa moꝛtiſ obtinuit redemptiōeȝ. Hec
Bern. Et ſic patet. Accedat ſecundus pꝛophe
ta Balaā: qui licet fuerit magus ⁊ ariolus a de-
monibus querens reſponſa: vt dicit Nicolaus
de Lyra ſup Nume. xxj. tamē eius ꝓphetie tanq̄ȝ
vere habent̄ in autoꝛitate canonica: quoniā aliq̄
veritates virtute diuina ſibi ſunt reuelate: pꝛeci-
pue de incarnatione filij dei. Reuelatio q̄ppe ve-
ritatis que fit a deo et angelis bonis non ſolum
fit per homines bonos ⁊ ſanctos: ſed etiam ali-
quādo per malos homines: vt patet de Caipha
qui a ſpirituſancto pꝛophetauit dicens. Expedit
vt vnus moꝛiatur homo pꝛo populo Joh. xj. V
traqȝ fidelis aīa perp̄de quid Balaam deo re-
uelante ꝓphetauerit: et qualiter nomen Marie
cōmendauerit Num. xxiiij. dicens. Oꝛietur ſtella
ex Jacob et conſurget homo ex Iſrael et ꝑcutiet
duces Moab. Hec nanqȝ pꝛophetia ſm oīes
catholicos doctoꝛes de chꝛiſto et eius matre ac-
cipitur: vt teſtat̄ Lyra. in qua per aſſimilationem
ſtelle cōmendatur nomē bn̄dicte virginis Ma-
rie. Unde Bern. ſuper Miſſus eſt. Ipſa inquit
ſcȝ virgo Maria eſt ſtella nobiliſſima de Jacob
oꝛta: cuius radius vniuerſum mundum illumi
nat: cuius ſplendoꝛ etiam p̄fulget in ſupernis et
inferos penetrat. Hec ille. Notatur ergo in pꝛe-
dicta pꝛophetia ꝙ nomen matris dei accipiēduȝ
foꝛet a ſtella: quod et factū eſt. quia Maria ma
ris ſtella interpꝛetatur ſm aliam interp̄tationem
vt dicit Hiero. Hec eſt ergo ſtella oꝛta ex Jacob

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

id eſt Maria ex q̄ cōſurrexit homo .i. chriſtus ex
iſrael qui pcuſſit duces Moab: per quos pnci-
pes tenebrarū accipiunt̃. Unde multū cōmenda-
tur nomē bn̄dicte v̄ginis in ꝓprietate ſtelle. quia
per hoc deſignat̃ eius celica ꝛ ſanctiſſima cōuer-
ſatio ab oi pctō aliena. qm̄ ſtella eſt celice nature
ab oi pegrina impſſione aliena ꝛ incorruptibil':
vt dicit Ariſto. j. celi ꝛ mūdi. Deſignat̃ etiam eius
virginalis ꝯceptio: vt pte. j. hui⁹ libri patuit. arti.
j. ca. ij. ¶ Sed circa hoc q̄ſtio occurrit. Cum plu
rime ſint ſtelle in celo nobiliſſime Quare magis
voluit deus nomē ſue matris accipi a ſtella ma-
ris q̄ʒ ab aliq̄ alia. qꝛ vt patuit Maria q̄ſi mar̃
ſtella dr̄. Und̄ ꝛ canit eccl'ia. Aue maris ſtella dei
mater alma atqꝫ ſp̄ virgo felix celi porta. Ad qḋ
rn̄det̃ breuiter qꝫ ideo: quia ꝓprietates ſtelle ma-
ris pre oib; aliis ſtellis mag̃ cōueniūt dei matri
et diuie incarnatiōi. qḋ oſtendit̃ p ei⁹ ſeptē ꝓpri-
as ꝓprietates: ſm̄ Jaco. vbi ſ. necnō Frā. maro.
in q̄dā ſermone de noīe v̄gis. ac alios doctores
catholicos ¶ Prio nanqꝫ qꝛ ſtella mar̃ int̃ ali-
as cum minima videat̃ eſt v̄tuoſiſſima: ſic mat̃
dei minima eſt p humilitatē: ſumme tn̄ ſancta et
virtuoſa. Propt̃ qḋ ipſa ait Lu. j. Reſpexit dn̄s
hūilitatē ancille ſue ¶ Scḋo quia ſtella mar̃ re-
ſpectu oim̄ aliarū ſtellarū ſita eſt in ſummo poli:
ſic dei mater vt canit eccleſia: exaltata eſt ſup oēs
choros angelorū .ſ. ꝛ ſanctorū ad celeſtia regna.
¶ Tertio qꝛ ꝛ hec ſtella habet iuxta ſe ꝛ continet
vij. ſtellas. ſic dei mat̃ ſeptiformis gr̄e plenitudi-
ne. Eſa. xj. Egredietur virga de radice ieſſe: ꝛ requi-
eſcet ſup eū ſp̄us dn̄i. Itē p hoc etiam ſignificat̃
virginitas matr̃ dei: vt dr̄ Alb. ſup Miſſus eſt.
qꝛ nūer⁹ ſeptenarius eſt numerus virgine⁹: teſte
Macrobio. eo qꝫ oēs nūeri īfra decadē vl' gene-
rant vel generant̃ p̄ter ſeptenariū ¶ Quarto q̄a
hec ſtella habet v̄tutē attrahēdi ferrū ꝛ adaman
tē: vt dicit Alkabia⁹. et patet ad experientiā in ho-
rologiis fact̃ de magnete. Sic v̄go bn̄dicta du-
ros attrahit pctōres p ſuam miſc̄diam. qꝛ ipſa ē
mater gr̄e ꝛ miſc̄die. Un̄ dicit aīa Cant. j. Tra-
he me poſt te: in odorem curremus vnguentorū tu
orū. ¶ Quinto qꝛ ſtella mar̃ habet dirigere nau
tas in mari. ſic dei mater trāſmittere habet oēs
in hoc mari magno ꝛ ducere ad portum ſalutis:
vt dicit Bern̄. ¶ Sexto q̄a iſta ſtella eſt ſtabilis
ſine mot⁹ errore. Alie aūt ſaltē motu diurno mo-
uent̃ ad motū octaue ſphere. Sic dei mat̃ eſt ſta
bilis ſine oīs peccati etiam venialis errore. Can.
iiij. Tota pulcra es amica mea ꝛ ma. nō eſt in te.
¶ Septimo qꝛ iſta ſtella eſt in pte aq̄lonari ſem
piterne apparitōis ꝛ p̄ſidētie: p quā tanq̄ʒ p axem
mouet̃ totū celuʒ: vt vult autor ſphere material'.
Sic dei mater in ſempiternū fulget fulgore gl'ie
et preſidet in ciuitate dei noſtri ſupna: que putat̃
eſſe in pte aq̄lonari: iuxta illud Ps. Magn⁹ do
minus et laudabilis nimis in ciuitate dei noſtri
in monte ſancto eius. Fundat̃ exultatiōe vniuer-
ſe terre mons ſion: latera aquilonis ciuitas reg̃
magni. Et p eam v̄ginē tota celeſtis curia ꝛ tot⁹
mundus mouet̃: cū ad nutū ei obediūt tā. q̄ʒ dn̄e
Gen̄. xlj. Ad tui oris imperium: cunct⁹ obediet po-
pulus. Et ſic daret ꝓpoſitū ¶ Accedat tertius ſa-
piens vicʒ Salomō ꝛ dicat q̄d ipſe ſpūſctō ſen-
ſerit de nomie virginis matris Marie: et q̄lit̃ cō
mendauerit. Audite de hoc eū loquentē Cant. j.
ca. Oleum inquit effuſuʒ nomē tuū: ideo adole-
ſcentule dilexerūt te nimis. Et notanter dicit: effu
ſum. quia antea fama noīs matr̃ dei erat occul-
ta ꝛ latens in littera. nunc v̄o effuſa eſt p totum
orbem. et oēs adoleſcentule .i. aīe ſancte fortiter
diligunt eam. Ecce q̄ ſapiens Salomon cōmen
dat nomen Marie p oleum. Sed hic videam⁹
quare nomen Marie oleo aſſimilat̃ ꝛ per ei⁹ cō-
parationē cōmendat̃. Ubi nota qꝫ precipue ꝓp̄
ꝓprietates olei: nomini Marie conuenientes.
¶ Primo q̄dem. quia oleum p̄ſeruat ferrū a ru-
bigine. Ferramēta em̄ nō rubiginant̃ ſi oleo in-
ungant̃. Ita nomē Marie duros pctōres ipſaʒ
inuocantes p̄ſeruat a pctō ꝛ pcti piculo. qꝛ ipſa ē
aduocata pctōrū. Un̄ Eſa. xxviij. Urbs fortitu-
dinis nr̄e ſion .i. btā virgo. Itē Ps. Qm̄ i me ſpe
rauit liberabo eum: ptegam eum qm̄ cognouit
nomen meū. ¶ Scḋo qꝛ oleum accendit ignem
in ligno: et extinguit in lapide. vt patet in cemēto.
Sic nomē Marie inuocatuʒ in cordib; ligneis
id eſt tractabilibus et erectis in celum p obedien
tiam ꝛ iuſticiā: accendit igneʒ diuini amoris. In
lapideis v̄o ꝛ duris cordibus extinguit eū q̄ ar-
dent igneʒ .ſ. feruoris pcti. De hoc igne Ps. Su
pcecidit ignis .ſ. concupiſcentie: et nō viderunt ſo
lem .i. chriſtū. Hinc ipſa dicit Eccl'i. xxiiij. Ego mr̃
pulcre dilectiōis .i. diuine dilectiōis que eſt pul-
cra et gratioſa. ꝛ hoc ad differentiam turpis dile
ctionis .ſ. carnalis vl' mūdane: quā v̄go extiguit
¶ Tertio quia oleum eſt ſapidū ꝛ p̄pingue. Ita
nomen Marie p deuotionē multū ſapit ꝛ ipin-
guat menteʒ. Ps. Impinguaſti in oleo .ſ. gratie
et deuotionis: caput meum .i. mētē. Un̄ Anſ. vt
allegat̃ a Ludol. li. de vita chri. parte. ij. ca. lxxxvj.
dicit. Nil certe vtilius poſt deum memoria ma-
tris dei. nihil ſalubrius meditatione pij amoris
quo feruebat in contemplatione filij ſui. nihil io
cundius ſapore gaudij eius quo multiplicit̃ pa
ſcebat̃ in eodem filio ſuo Hec Anſ. Ad id ibideʒ
queſtio vtilis mouet̃. vicʒ Unde hoc eſt qꝫ ſepe
inquit vidimus ꝛ audiuimus plurimos homi-
num in ſuis piculis recordari nomis Marie: ꝛ
ilico omne piculū euaſiſſe. q̄ tamen inuocato no
mine domini Jeſu: non tam velociter: aut omni-
no non euaſerunt talia pericula. Nimirum in-
quit eſt qꝫ velocior et promptior eſt ſalus non-
nunq̄ʒ memorato nomine Marie q̄ʒ inuocato
nomie Jeſu. Et reſpondens dicit: qꝫ hoc nō ideo
fit vt ipſa virgo Maria potentior ſit aut ma-
ior ſit chriſto Sed vt inquit dicam quod ſentio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

filius eius chr̃s dñs et iudex eſt oĩm diſcernens merita ſinguloꝝ. Dum ḡ ſuo noĩe inuocat᷒ non exaudit iuſto iudicio facit. Inuocatus aũt noĩe matris ſue: etſi merita inuocantis ñ exaudiunt: merita matris intercedũt vt exaudiat. Hec Anſ. vbi s. Ecce ḡ nomẽ Marie potens. Ad id Bern. ⁊ allegat in Speculo v̄gĩs: dicit ſic. Ubi nomẽ Marie noĩat: ibi demonũ nocumentũ effugat: reis venia: egris medela: et ꝑegrinantib᷒ adiutoriũ dat. O igit glorioſum. o cõmendabile nomẽ ⁊ ſuper oĩa amabile ac venerabile. O ſuaue et confortatiuũ nomẽ Maria: nomen dñe mee ⁊ genitricis dei mei. O vtinã ſis ſemꝑ in corde meo.

¶ Articulus ſecundus de cognomĩationib᷒ digniſſimis qb᷒ in ſcriptura Maria nomiat.

Secundũ myſterium declarãdũ d̃r dignifice cognominatiõis. Ubi nota ꝙ bñdicta v̄go in ſacra ſcriptura cognoiat digniſſimis appellationibus pluribus ẜm pluralitatem ſue ꝑfectionis ⁊ virtutis. Precipue tamẽ. vij. inueniunt nomia dignitatis quib᷒ ipſa nõ imerito appellat. ¶ Primo nanq̃ appellat amica vel in ſuꝑlatiuo chariſſima. Un̄ Cant. iiij. Tota pulcra es amica mea. Et ca. vij. q̃ pulcra es ⁊ q̃ decora chariſſima i delitijs. Quare aũt hoc: plures aſſignant rationes ẜm magiſtrũ Iacobũ de voragine in ſuo Mariali. ¶ Prima rõ. q2 ipſa eſt deo ſuꝑ oẽs dilecta et p̄eminenter electa. Sap. viij. Oim dñs dilexit eam. ¶ Scd̃a rõ. q2 ſuꝑ oẽs ſecretoꝝ diuioꝝ eſt conſcia: qd̃ manifeſte patet in incarnatiõe. Hoc aũt eſt ſignum ſumme amicicie: dicente ſaluatore Ioh. xv. Iã nõ dicam vos ſeruos ſed amicos q2 oĩa q̃ audiui a patre meo nota feci vob. ¶ Tercia. q2 deo ſuꝑ omnẽ creaturã eſt familiariſſima. Cui em̃ vnq̃ angeloꝝ vel hoim aut creaturarũ cõceſſum eſt vt ꝓ ſua volũtate deũ totiẽs amplexeret: oſcularet: mãib᷒ portaret: et ꝑ oĩa dilectionis familiaria ſiḡ haberet ſic Marie. Un̄ dicere potuit illud Cant. ij. Dilect᷒ meus mihi ⁊ ego illi q̃ paſcat int lilia. ſ. caſtitatis. ¶ Quarta. q2 diuine voluntati fuit ſũme cõformata implẽs oĩa precepta ⁊ cõſilia chr̃i. qd̃ etiã eſt vere amicicie ſignũ: q̃m vt ait ſaluator Ioh. xv. Uos amici mei eſtis ſi feceritis q̃ p̄cipio vobis. Hinc eſt ꝙ vt d̃r Tullius Amicorũ eſt idẽ velle ⁊ idẽ nolle. Et certe bñdicte virginis amicicia ad chr̃m eſt cõprobata in neceſſitate. Nã Prouer. xvij. Frater in anguſtijs cõprobat. Ipa aũt i oĩ neceſſitate chr̃i affuit adiutrix fideliſſima: etiã vſq̃ ad crucẽ ⁊ mortẽ chr̃i. Un̄ Bern. i medita. O v̄go bñdicta q̃d te adduxit ad montem caluarie: cur te nõ retraxit pudor v̄ginalis: nec loci ipſi᷒ feditas ꝓhibuit: nec iudeorũ ⁊ ꝑfidoꝝ tumult᷒ retinuit: cur non ꝑtimuiſti: cur nõ horruiſti inter latrones in cruce pendẽtes aſtare tuo dilecto filio pẽdenti in cruce: ſed h̄ feruor vis amoris q̃ erga tuũ vnigenitũ afficiebaris ⁊ attrahebaris: cum q̃ ⁊ ſil' pati ⁊ crucifigi optabas ardenti deſiderio dilectionis. ¶ Scd̃o btã v̄go appellat ſoror. Cant. iiij. Uulneraſti cor meũ ſoror mea. q̃ ſunt v̄ba dei et chr̃i ad eã. Et hoc pluribus rõnib᷒. ¶ Primo q2 chr̃s eſt fili᷒ dei patris per naturã. et Maria eſt filia eiuſdẽ ꝑ gratiam. ¶ Scd̃o ſoror chr̃i eſt. q̃a coheres eius: et cõicãs cum eo regnũ patris. Rho. viij. Heredes dei: coheredes aũt chr̃i. ¶ Tertio d̃r ſoror. q̃a eſt ſoror ſctõꝝ angeloꝝ ꝑ v̄ginitatẽ. Un̄ Amb. Uirginitas eſt ſoror angeloꝝ: decus v̄tutũ: mors criminũ. et Hiero. Semꝑ eſt angelis cognata v̄ginitas. Ideo angeli dicebant Cant. viij. Quid faciem᷒ ſorori noſtre in die quando alloq̄nda eſt. ſ. ꝑ angelũ in annũciatiõe. ¶ Quarto d̃r ſoror ꝑli chr̃iſtiani. Tũ ꝑ naturã: q2 eſt filia Ade. Tũ ꝑ gratie ꝑticipatiõẽ: q2 eſt filia eccl'ie ⁊ mẽbrũ chr̃i. O aĩa chr̃iana ſi aduerteres q̃nta tibi eſt gl'ia habere ſororẽ talẽ que eſt regina angeloꝝ: dña mũdi: mat dei ⁊c. ¶ Tertio btã v̄go appellat filia. Ps. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurẽ ⁊c. Audi inq̃t. ſ. ea q̃ dicenda ſunt tibi ab angelo: vt poſſis credere. q̃a fides ex auditu Rho. x. et vide. i. expire ſc̃pturas ꝓphetaꝝ q̃ in te habent cõpleri. et inclina aurẽ tuam: ꝑ obedientiã vt concipe poſſis filium dei. Et obliuiſcere ꝑpl'um tuũ ⁊ domũ pa. tui. i. cõtemne oẽm mundanũ affectũ ꝓ chr̃o: vt chriſtũ lucrifacias. et ſic faciẽs: cõcupiſcet rex. ſ. deus decorẽ tuum. i. caſtitatis tue nitorem. Dicit aũt ipſa filia dei Tum q2 ei᷒ creatura. Tũ q2 a deo paterna ſollicitudine eſt cuſtodita ſicut filia chariſſima. Un̄ Cantic. vij. Quã pulcra es filia ꝑncipis. i. dei. Tũ qu a deũ patrẽ imitata. Un̄ apl's hortat oẽs ad hanc filiationẽ: dicens. Imitatores dei eſtote ſic filij chariſſimi. Ep̄h. v. ¶ Quarto nomiat ſpõſa Cant. iiij. Ueni de libano ſponſa: veni coronaberis. Dicit aũt ſponſa chr̃i ẜm eius diuinitatẽ. q2 ẜm humanitatẽ eſt eius mater et genitrix. Et merito dicit ſponſa. quia chriſto eſt per fidem ⁊ dilectionem coniũcta. Et quia pars ſui ſanguis puriſſimi eſt indiſſolubiliter diuinitati copulata in chriſto. Ideo Sap. viij. Hanc amaui ⁊ queſiui eam mihi accipere in ſpõſam. ¶ Quinto cognominat virgo. Luc. j. Miſſus eſt Gabriel angelus ad virginem. Et hoc merito. quia ipa eſt virgo virginũ. vt li. viij. patebit latius. ¶ Sexto nominat mulier. Ioh. xix. Mulier ecce filius tuus. Nec obſtat ꝙ ipſa fuit et eſt virgo immaculata. quia etiam virgo dicit m̃lier non propter corruptionẽ: ſed ꝑpter ſexus feminei conditionẽ. vt patet Gen. ij. vbi Eua vocat mulier in ſtatu innocentie: cum nõdũ fuit corrupta ſed virgo intacta Edificauit inq̃t dñs coſtam in mulierẽ. Merito aũt d̃r btã v̄go mulier. quia mulier d̃r q̃ſi mollis ens herum. i. dñm. Ipſa nanq̃ emolliuit deum et placauit vel mitigauit: vt qui ante erat tandurus ⁊ iratus generi humano ꝙ oẽs homiẽs de-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

trudebat in infernū. Propterea Job.xxx.in pſo/
na generꝫ humani di. Mutatus es mihi in cru/
dele ꝛ in duricia manꝰ tue aduerſarꝫ mihi. Nunc
ꝑ vgīnē benedictā eſt eius furoꝛ mitigatus. Vñ
in natiuitate angeli cecinerūt. Et in terra pax ho/
minibꝫ Lu.ij. Hinc chꝛ̄s mlʼto crebꝛiꝰ in euange
lio ſe appellat filiū hoīs.i.hrē vgīnis: q̄ꝫ filiū dei.
qꝛ emolliꝰ eſt ꝑ eam.et in hoc cōmendat nob ſu/
am īmenſam miſcdiam q̄ dignatꝰ eſt fieri homo
ꝓ nobis. Item beata vgo intantū emolliuit euꝫ
vt noſtros defectꝰ ſuſcipe dignaret̄: qui tñ in di/
uinitate defectū pati non poterat: vt ꝓ nobis deꝰ
īpaſſibilis pateret̄: fameſceret ꝛ ſitiret: fatigaret̄
ꝛ moꝛeret̄. O mirabilis ꝛ maxima emollitio. Id
circo ipſa bñ ſignificat̄ ꝑ virginē que ferociſſimū
rhinocerōtē emollit ꝛ in ſinu ſuo doꝛmire facit:
et ſic vinculat̄: capit̄ ꝛ occidit̄. Item intantū vgo
emolliuit deū vt nūc maioꝛa pctā patienter tole/
ret q̄ quondā minoꝛa duriſſime vindicabat. Cō
ſtat em̄ ꝙ mlʼto grauiꝰ offendūt moderni ſodo/
mite q̄ꝫ antiquitꝰ: qm̄ nunc in chꝛ̄o humana ca/
ro ſummā habet dignitateꝫ. vñ maioꝛ iniuria fit
nūc chꝛiſto a ſodomitꝫ q̄ꝫ añ incarnationē: et etiā
ab omnibꝫ luxurioſis. et tñ nunc deus patienter
expectat q̄ añ duriſſime eos ſūmerſit. Quare h:
niſi qꝛ deꝰ eſt ꝑ virginē mitigatus. imo vt dı̄t Ful
gentius.iiij. Mitho. Dudum inq̄t celum ꝛ terra
ruiſſent ſi nō Maria ꝑ̄ab ſuſtentaſſet. Vñ me/
rito beata virgo dicit̄ mulier per antonomaſiā.i.
molliēs herū vel heroē.i.chꝛ̄m dñm. Hinc Pro/
uer.vlti. Mulierē foꝛtē q̄s inueniet. quia ex oībꝫ
iſta ſola extitit foꝛtiſſima: etiā ſuꝑ deo poteſtateꝫ
habens. propter quod ſubdit̄: procul ꝛ de vlti/
mis finibꝫ ꝑ̄ciū eiꝰ. Procul inquā. qꝛ ꝑ̄ciū vgita
tis nō eſt de terra ſed de celo. qm̄ vt dicit Hiero.
virginitas eſt celeſtꝫ. et d̄ vltimis finibꝫ: qꝛ de cō/
iunctiōe dei ꝛ hoīs q̄ ſunt vltimi fines. ¶ Se/
ptimo noīat̄ regina. Vñ Pſ̄. Aſtitit regina a de
xtris tuis in veſt. deau. ꝛc. Sed oꝛit̄ q̄ſtio Vnd
vel q̄re dicat̄ dei mr̄ eſſe regina: cū ipſa fuerit pu/
ella paupcula. nā ꝛ in tp̄e ſui partꝰ in loco paup/
rimo vicꝫ in ſtabulo pepit. et in tp̄e ſue purifica/
tionis paupeꝝ oblatiōeꝫ habuit.ſ. duos pullos
colūbaꝝ: aut par turturꝝ: qd̄ erat paupeꝝ. vt pa/
tet Leui.xij. ꝛ Lu.ij. Itē pauprimā veſtē habuit.
et chꝛ̄m vilibꝫ pānis vt moꝛis eſt pauperū inuol
uit: vt canit eccl̄ia. Mirum igit̄ quō regiū nomē
et dignitatē habuerit: maxime cū nec eius pr̄ vicꝫ
Joachim rex fuerit alicuꝰ regni. nec eiꝰ mat̄ vicꝫ
Anna fuerit regina alicuius regni: vt patet ex hi/
ſtoꝛijs. ¶ Ad hec reſpondet̄ ſm̄ Jacobū de vo/
ragine in ſuo Mariali. ꝙ beatiſſima vgo Ma
ria licet fuerit pauprima. et hoc volūtaria paup/
tate: oīa terrena abdicādo ꝛ ſolum deum ſibi in
theſauꝝ ꝑoptatū eligēdo: q̄tinꝰ impleret illō ſeri/
ptū conſiliuꝫ. Si vis pfectꝰ eſſe: vade ꝛ vēde oīa
q̄ habes et da paupibꝫ: et veni ſeq̄re me Matt.
xix. nihilo minus tamen ipſa fuit vere regina pre

alijs excellentiſſima: pluribus rationibꝫ. ¶ Pri/
mo q̄dem ꝓpter parentelam regiam. quia vt ca/
nit eccl̄ia. Regali ex ꝓgenie Maria exoꝛta reful/
get. vicꝫ ex ꝓgenie Dauid. ¶ Scd̄o ꝓpter vnctio/
nē regiā. Si em̄ quē hō vnxit in regē rex dicit̄. vt
patet in veteri teſtamēto de regibꝫ iſrael q̄s ꝓphe/
te vngebant: multo foꝛtius vgīnē quā vnxit de/
us ipſe regia vnctione: pꝛe omnibꝫ reginā pꝛedi/
camus. Unde ꝛ de ea Pſ̄. Unxit te deus.ſ. ꝑ cre
ationem. deus tuus: ꝑ incarnationē. oleo leticie:
q̄ ſpūſſancti gratia accipit̄ qua ex vtero matrꝫ ple
na fuit. p̄ conſoꝛtibꝫ tuis.i. p̄ omnibꝫ mulieribꝫ.
¶ Tertio ꝓpter deſponſationeꝫ regiam. quia a re/
ge regum chꝛiſto deſponſata eſt: vt patuit ſuꝑ.
¶ Quarto ꝓpter dotationē regiā. quia deus oīm
rex gl̄iam ꝛ gratiā: imo totū regnuꝫ celeſte cū oī/
bus ꝑtinentijs ſuis: dotis loco ei cōtulit: vt dice/
re poſſit illō Geñ.xxx. Dotauit me deus dote bo
na. ¶ Quinto ꝓpter p̄figurationē regiā. qꝛ ꝑ regi/
nas eſt p̄figurata.ſ. ꝑ reginā Saba.iij. Regū.x.
q̄ oīa que a rege Salomone petijt obtinuit. Et
etiā p̄figurat̄ ꝑ reginaꝫ Heſter quā Aſſuerꝰ (qd̄
interp̄tat̄ btītudinis domus) adamauit: ꝛ poſu/
it diadema regni ī capite ſuo. Heſter.ij. ¶ Sexto
propter dignificationem ꝛ ptātem regiam. quia
ipſam tanq̄ꝫ reginam exaltauit deus ſuꝑ totā cu
riam angeloꝝ ꝛ hominū. Et vt dicit Berñ. data
eſt ei poteſtas in celo et ī terra tanq̄ꝫ regine ¶ Se
ptimo ꝓpter coꝛonationem regiā. quia coꝛonata
eſt et inthꝛonizata in ſui aſſumptiōe in celum co
rona regia. de qua Apocal̄.xij. Mlʼier amicta ſo
le et luna ſub pedibus eiꝰ ꝛ in capite coꝛona du/
odecim ſtellarum. ¶ Circa hoc accipiamꝰ vnum
miraculū qd̄ refert Diſcipulꝰ in ꝓmptuario: exē/
plo.xxi. dicēs ¶ Miraculum ¶ Qꝫ in q̄dā ceno/
bio erat q̄dam frater nomīe Hieronymꝰ pictoꝛ
optimus: qui aſſuetus erat Marie imaginē oī
ſtudio virtutꝫ decoꝛare ꝛ coꝛona regia tanq̄ꝫ ex/
cellentiſſimam reginaꝫ depingere ꝛ deſcribere. et
diaboli imaginē turpiſſimā figurare. Quod dia
bolus dolens cepit eum ſtimulare vehementiſſi
me accendens luxurie libidine ꝛ impoꝛtunis co/
gitationibꝫ agitare. Tunc quadam vice vt ſe vin
dicaret diabolꝰ apparuit ei in ſpecie mulieris pul
cerrime: alliciendo ad crimen. Cui cū conſenſum
voluiſſet pꝛebere: dixit ei diabolus. Tu es ſacri/
ſta huius eccleſie: accipe ergo huius eccleſie the/
ſauros ꝛ vaſa auri ꝛ argenti et frange ea et oīa
in ſacco ponens ſequere me: ꝛ in domo mea me/
cum eris nullo ſciente diu gauiſurus. Cumq̄ꝫ ta/
lia cepiſſet operari: cepit diabolus vociferare di.
Currite dñi currite dñi: quia Hieronymꝰ depꝛe/
dat̄ theſauros eccleſie. Accurrentes cōpererūt
Hieronymū fregiſſe plura vaſa aurea ꝛ in ſaccu
lum poſuiſſe. Et admirati interrogarunt cur hec
feciſſꝫ. Ille p̄mēſcēs ommutuit. At illi quia ſe/
ro erat: ligauerunt eū ad colūnā: volentes mane
eū punire. Tunc diabolus ipſi ligato illudebat

dicēs. Nōne tu es q̄ ſemꝑ me depingebas defor
mē: et illā Mariā pulcerrimā faciebas. Adiuuet
te illa regina quā decorabas nūc ſi valet. Recor⸗
datus itaqꝫ Hieronymꝰ miſerationis genitricis
dei: toto corde cepit eā inuocare vt in tanto ꝑicu⸗
culo dignaret̃ ſibi ſuccurrere. Tunc ipſa pietatis
mater apparuit ei ⁊ ait. Cōfortare Hieronyme: et
deinceps caue aſtutias diaboli. Et qꝛ ſeruiſti
mihi: nō deſerā te in iſtis tribulationibꝫ. Et mox
ꝑ angelū apphēſo diabolo illo: ligauit eū ad co⸗
lumnā: Hieronymo ſoluto. et ille grās egit. Hie
ronymus igit̃ admonitꝰ a dn̄a: pulſauit hora cō
petēti ad matutinuꝫ. et accenſis lāpadibꝫ ſtetit in
choro vbi cōſueuerat. Fratribꝫ ipm̄ intuentibus
mirati ſunt oēs: et viderūt in columna ligatū q̄n
dam: ⁊ magis ceperunt mirari. Cōſpexerunt the⸗
ſauros ecclīe ⁊ inuenerūt oīa vaſa ſolida ⁊ inte⸗
gra: oꝑante btā virgine. Unde ſtupore ꝑcuſſi: fa
cto capitulo: ligatum illū interrogarūt ⁊ cogno⸗
uerunt eſſe demonē: quē exoluētes ꝑ mariē vbe
rauert. ⁊ ſic ille ſtridēs ⁊ clamās aufugit. Deniqꝫ
Hieronymꝰ cōfeſſus ſcelus ſuū: narrauit quō ꝑ
miſc̄diā Marie v̄ginis fuiſſet liberatus. et oēs
audientes: laudes deo ⁊ virgini benedicte ꝓcla⸗
marunt. O igit̃ aīa fidelis vide q̄ꝫ bonū ſit v̄gi⸗
nem bn̄dictā inuocare: eiqꝫ deſeruire. O ſupbn̄⸗
dicta virgo dei mr̄ chariſſima ſpōſa ſoror ⁊ filia
O v̄go virginū miſericordiſſimaqꝫ ⁊ regia excel
lentiſſima ac dn̄a oīm creaturarū: per illū piū Je
ſum q̄ te elegit: ꝑ illum tuū dulcem natū: ꝑ eius
amorē ſanctiſſimū te depcamur: vt in huiꝰ mūdi
naufragio cōtra oēs demonū inſultꝰ ſuccurrere
nobis digneris. Amen.

¶ Articulus tertius ꝙ nomen beate Marie. xij
honorū dignitatibꝫ eſt ſublimatū.

T Ertium myſteri⸗
um in hac pte declarandū dꝛ honori⸗
fice vel priuilegiate ſublimatōis. Ubi
Notandū ꝙ nomen bn̄dicte v̄ginis Marie ad
numerū. xij. ſtellarū. xij. ꝓuilegiorū honoribꝫ extat
ſublimatū glīoſiſſime: q̄ in tres q̄ternarios diui
di poſſunt. ¶ Primo q̄dem. qꝛ nomē Marie eſt
ab eterno cōſecratū ⁊ p̄electū vt eſſet nomē geni⸗
tricis dei. iuxta illud Prouer. viij. Ab eterno or⸗
dinata ſum ⁊ ex antiq̄s anteq̄ꝫ terra fieret. Sicut
nanqꝫ (vt dicit Bern̄. in ſer.) dulce nomē Jeſus
ab eterno eſt cōſecratum vt ſit nomen filij dei: ſic
dulce nomē Maria ab eterno p̄electum et conſe
cratū eſt vt ſit dignū nomē matrꝭ dei. Ideo Pſ.
A ſeculo nomē tuū. ¶ Secundo. qꝛ in libro vite
añ alia noīa ⁊ p̄ alijs ſcptū. Cum eñ vt ſaluator
noſter teſtat̃: oīm electorū noīa ſcpta ſint in libro
vite. vn̄ ait Lu. x. Gaudete ⁊ exultate qꝛ noīa vr̄a
ſcripta ſunt in celis. Et q̄a dei mater inter oēs ele⸗
ctos p̄matū tenet ⁊ pre oībꝫ eſt electa: iuxta qd̄ ca
nit̃. Elegit eam deus ⁊ p̄elegit eam. Igit̃ poſt no

men Jeſu honorificentiſſime in p̄ncipio libri vi⸗
te nomen Marie eſt ſcriptum. vt dicere poſſit il⸗
lud Pſ. In p̄ncipio libri ſcriptuꝫ eſt de me vt fa
ciam volun. tu. deus meꝰ volui: et le. t. in medio
cordis mei. ¶ Tertio. quia a principio mūdi p̄fi
guratū ⁊ varijs modis cōmendatū: vt patet per
totum paſſum veteris teſtamenti. Ubi aduertē⸗
dum ꝙ ſicut dicit mgr̄ Leo. i ſermone de natiui.
v̄ginis. Nomē Marie ex q̄nqꝫ lr̄is eſt cōpoſitū.
ad ſignificandū ꝙ ipſa eſt p̄cipue p̄figurata ꝑ. v.
dn̄as veterꝭ teſtamenti. ex q̄rū noībꝫ acceptis pri⸗
mis lr̄is ⁊ cōiunctꝭ: nomē Marie reſultat. ¶ Pri
mo nanqꝫ ꝑ M ſignificat̃ ꝙ ipa eſt p̄figurata ꝑ
Michol que fuit ſponſa Dauid regis: quā Da⸗
uid intantum amauit ꝙ cum diu fuiſſet extra re⸗
gnū iudeorū: noluit intrare regnum niſi p̄us eſſꝫ
ſibi Michol p̄ſentata. j. Reg. vlt. Sic btā virgo
(interpretat̃ eñ michol pietas) et ipſa fuit pietate
plena. et certe ipſa tantū placuit deo ꝙ cum eſſet
extra. ſ. in celo: noluit ingredi in hunc mūdū: niſi
p̄us btā v̄go naſceret̃. ¶ Scd̄o A denotat Abi⸗
gail q̄ placauit Dauid ne occideret Nabal. j. Re.
xxv. Sic btā virgo placauit nobis deum ſua hu
militate. ⁊ nūc etiam q̄tidie placat ſua interceſſio⸗
ne: ne occidat pctōres et̃na morte. ¶ Tertio ꝑ R
denotat̃ ꝙ ipſam figurauit Rachel que genuit
Joſeph q̄ vocatꝰ ē a Pharaone lingua egyptia⸗
ca ſaluator mundi Gen̄. xlj. Sic beata virgo ge⸗
nuit verum ſaluatorē mūdi chriſtum deum no⸗
ſtrum. ¶ Quarto ꝑ I ſignificat̃ Judith q̄ virtu⸗
te caſtitatis occidit Holofernē. Judith. xiij. Sic
btā v̄go virtute ſue v̄ginitatis luciperū occidit.
iuxta illud Gen̄. iij. Ipſa conteret caput tuum.
¶ Quinto ꝑ A denotat̃ Abiſac que fuit electa ſu⸗
per oēs filias hieruſalē tanq̄ꝫ pulcrior ad ſeruiē⸗
dum ⁊ miſtrandum regi Dauid. iij. Reg. j. Sic
btā v̄go fuit electa ſuꝑ oēs mulieres ad miſtran
dū regi celeſti. Eccl. xxiiij. In habitatione ſctā co⸗
ram ipſo miſtraui. ¶ Quartum p̄uilegiū vel ho
noris glīa eſt ꝙ nomē Marie eſt ab angelo Ga
briele p̄nunciatum. Hoc nanqꝫ tenent catholicī
doctores ꝙ nomen Marie angelus Gabriel p̄⸗
nunciauerit eius parētibꝫ ꝙ eam vicꝫ hoc nomie
vocare deberent. Et ꝓbatur a maiori arguendo.
quia ſi nomē Johānis baptiſte angelus Gabri
el p̄nūciauit Lu. j. multo fortius id de matre do
mini ſentiendū eſt. Et hoc idem teſtat̃ Hiero. de
vita Marie ſcribens. ꝙ angelus apparuit eius
parentibꝫ: p̄cipiens ꝙ eam Mariā nomiarent.
Et ſic patet p̄mus q̄ternarꝰ. ¶ Quintū. qꝛ fide⸗
libus eſt amoroſiſſimū vel affectuoſiſſimū: q̄m
vt ſcribit̃ Eſa. xxvj. Nomē tuū ⁊ memoriale tuuꝫ
in deſiderio aie. ¶ Et nota ꝙ debemus erga no⸗
men Marie affici ꝑ ſpiritualem dilectionē. qꝛ ex
hoc triplex bonū cōſeq̄mur. Primo cordis exhi⸗
larationē ⁊ delectationē. Unde ſm̄ litterā hebra⸗
icā dr̄ Pſ. Letabunt̃ omnes q̄ diligūt nomē tu⸗
um ⁊c. Bern̄. O btā Maria tu nec nomiari po⸗

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tes q̃n recrees: nec cogitari q̃n tecum ſit affectus
diligentiũ rc. Scõo internã vel ſpũalem pacifi/
cationẽ pſ. ſcḋm aliã lrãm. par multa diligentibꝰ
nomen tuũ. ¶ Tercio eternã ⁊ celeſtẽ gloriatio/
nẽ pſ. Gliabunt oẽs qui diligũt nomen tuũ.
Gloriabunt ſcꝫ in celeſti patria. q̃a vt ḋr in pſ. q̃
diligunt nomen eius habitabũt in ea. ¶ Sextũ
ꝓuilegiũ noĩs Marie. q̃a demonibꝰ eſt formi/
dabiliſſimũ. q̃m vt ſcribit Cañ. vj. Terribilis eſt
Maria vt caſtrorũ acies ordinata. Que verba
tractans Greg. ḋr. Non tantũ timẽt hoſtes inui/
ſibiles qualibet caſtrorꝫ aciem ſicut Mariã dei
matrẽ. De hoc latꝰ ſupra pte. j. ar. iij. vtilitate q̃n
ta. Hoc ſolũ hic addo qḋ refert Vbertinus lom
bardꝰ in tractatu de noĩe Jeſu ꝙ vicꝫ cũ quedã
mulier a demõe incubo vexaret: nec poterat aliq̃
remedio liberari: venit ad btm̃ Eymũdũ petere
cõſiliũ: q̃ dixit ei. Accipe virgã ⁊ ex vna parte faci
as ſcribi nomẽ Jeſu: ⁊ ex alia nomẽ btẽ virginis
⁊ cũ demon ad te more ſolito venit percutias eũ
dicta vga. quo facto liberata eſt. Jtem legit in vi
ta ſancti Antonij paduani ꝙ cũ demon voluiſ/
ſet eum dormientẽ ſtangulare: cepit noĩare ſan/
ctus ipſe Mariã: ⁊ ſtatim circũfuſo lumine in
cella demon cõfuſus aufugit. ¶ Septimũ ꝓui/
legiũ: q: nomẽ Marie eſt cũctis hoĩbꝰ venera/
biliſſimũ: vt iam impletũ ſit illḋ. Luc. j. Ecce em̃
ex hoc beatã me dicent omẽs generatões. Adeo
nãqꝫ venerabile eſt nomen Marie in mũdo ꝙ
etiã apḋ infideles reueret: vt patet in lege Ma/
chometi: ⁊ etiã apud quoſdã iudeos. de q̃bꝰ vi/
de ſ. li. ij. p. iij. ar. ij. circa ſtellam q̃rtam. Et q̃dem
merito nomẽ Marie ab oĩbꝰ veneratr: q: res ſa/
cra digna eſt veneratõe. ſed eiꝰ nomen eſt ab e/
no cõſecratũ: vt patuit ſ. igr̃ rc. Et ſi q̃ras: quõ
debeas venerari hoc nomẽ pium Marie. Dico
ꝙ tripliciter. Primo in corde deuotiꝰ diligendo
Scḋo in ore venerabiliter ꝓnunciãdo ⁊ bñdi
cendo: nõ ſicut heu multi faciũt q̃ peierãt in no/
mine Marie vel maledicũt inimicis: aut vitupe
rando blaſphemãt. Cõtra q̃s Leuiti. xxiiij. Qui
blaſphemauerit nomen meũ morte moriatur.
Tertio q̃ꝫ venerari debet genuflexiõe ⁊ ſacri cul
tus exhibitõe: ſepius eã ſalutãdo. Vñ pſ. Ado/
rabo ad tẽplũ ſctm̃ tuũ. i. virginẽ matrẽ tuaꝫ que
ḋr templũ dei ⁊ ſacrariũ ſpũſſcti. ⁊ cõfitebor no/
mini tuo. ſ. collaudãdo. Taliter nanqꝫ eã venerã
tibꝰ obuiabit ipa q̃ſi mater honorificata: hono/
rificãdo eos in celeſti glia: vt ſcriptũ eſt Eccl. xv.
Et exaltabit illos apḋ ꝓximos. i. ſctõs dei. ¶ Octa
uum ꝓuilegiũ: q: hoc nomẽ eſt oĩbꝰ inuocãtibꝰ
vtuoſiſſimũ. q̃m mirabilẽ virtutẽ habet ſubue/
niendi in oĩ neceſſitate ⁊ in oĩ periculo atqꝫ in oĩ
oratõis impetratione. Vnde Bern. Sileat mi/
ſericordiã tuam o btiſſima Maria q̃ te in ſuis
neceſſitatibꝰ inuocatã meminit ſibi auxiliũ defuiſ
ſe. Propterea nanqꝫ eccl'ia nomen Marie appo
ſuit in ſalutatõe angelica: q̃tinus p eius inuoca

tionem magis ſortiat oratio effectum. O pctõr
O q̃ſquis es deuotus vgini Marie conſidera
virtutẽ noĩs eius ⁊ gaude tenere hanc p̃cioſam
Margaritã in burſa cordis tui recõditã: q: nul
lus lapis p̃cioſus: nlla gẽma tãte eſt vtutis. Cur
rant alij ꝓ queſtu mũdi aggregent lapides p̃cio
ſos quorꝫ vtutibꝰ gliẽt. nam ſcḋm phõs alij va
lent in p̃iculis p̃ſeruandis. alij eorũ in fauoribꝰ
adq̃rendis. alij in inimicicijs ſedãdis. alij in pro
ſperitatibꝰ cõſequẽdis. Valeant vel forte nõ ve/
re ad ea valeãt. hoc ſolũ conſulo: hoc ſolũ phor
tor: adq̃rite. O oẽs auari: o oẽs mundani: adq̃ri
te hunc vnũ lapidem p̃cioſum: recondite in arca
cordis hoc nomen glioſum triũ ſyllabarꝫ Ma/
ria: ⁊ eritis ſecuri in omni periculo: habebitis au/
xiliũ in omni nc̃citate ⁊ anguſtia: ⁊ proſperitateꝫ
in omni ſalubri optato. Nil em̃ eſt mali qḋ non
remoueat: nil boni qḋ nõ obtineat. ¶ Nonũ pri
uilegium: quia hoc nomen eſt ſũme cõfortatiuũ
ſi homo aduertat: q: nullus ſperauit in ea ⁊ con
fuſus eſt. nullus inuocare potuit ſic vt derelictꝰ
ſit dũmodo bñ inuocauerit. Juxta illud Eſa. xx.
Quis ambulauit in tenebris ⁊ nõ eſt lumen ei. i.
Maria in auxiliũ. q. d. nullus Vñ omnis hõ in
ea ſpem ponere habet: quia vt canit eccleſia. ipſa
eſt regina miſcḋie vita dulcedo ⁊ ſpes noſtra: ⁊
ipſa ẽ mater gr̃e ⁊ mater miſericordie que ab ho
ſte protegit: in hora mortis ſuſcipit. O tu q̃ times
a periculo dãnationis: recordare huius nomĩs
q̃a Maria maris ſtella interpretat. ſi maris ſtel/
la. ergo ad portũ ſalutis deducens in hoc mari
magno ⁊ ſpacioſo. Hinc Bern. O homo ſecurꝫ
habes acceſſum ad deũ. vbi mater ſtat ꝓ te ante
filiũ: ⁊ filius añ patrẽ. filius oſtẽdit patri latus
⁊ vulnera: mater oñdit filio pectus ⁊ vbera. nul
la poterit eſſe repulſa: vbi tot concurrũt amoris
inſignia. An nõ ergo cõfortaris quotiens n oĩs
eius recordaris. Dicit idem Bern. de noĩe Jeſu
qḋ ⁊ de noĩe Marie accipe valemus. Hinc pro
pheta Dauid ait Sperẽt in te q̃ nouerũt nomen
tuum. ¶ Decimũ priuilegiũ: quia nomen Ma/
rie eſt graciosiſſimũ. Jnterpretat em̃ maria illu/
minatrix. ſ. lumine gr̃e: ⁊ ꝑfecto nomen Marie
gratioſum eſt: q: ipſa btã virgo eſt mater gratie
¶ Nota aũt ꝙ ſcḋm q̃nqꝫ litteras huius noĩs ma
ria q̃ntuplicem gr̃am peccatores conſequunt p
hoc nomen: quas q̃dem gr̃as hoc nomen ſigni
ficare videt. Prima littera M denotat miſeri/
cordiã diuinã. Secũda littera A denotat amo/
rem ſupnorꝫ ⁊ eiꝰ accenſionẽ. Tertia littera R ſi/
gnificat remiſſionẽ peccatorũ. Quarta littera J
denotat illuminationẽ ex infuſione iuſtificantis
gratie. Quinta littera A denotat adq̃ſitionẽ vicꝫ
meritorꝫ ⁊ premiorꝫ. Hinc Bern. in ſermõe. Si
criminis imanitate turbatus: ſi cõſcientie fedita
te confuſus: ſi iudicij horrore perterritus: ſi bara/
thro deſperatõis abſorptus Mariã cogita: ma
riã inuoca. ⁊ ſic in temetipo experiri poteris q̃m̃ me

rito dictũ ſit nomen ỽginis Maria. Hec ille
Undecima prerogatiua nois Marie eſt. quia ẽ
nomen dulciſſimũ. Uñ canit eccl'ia. Salue regi
na miſericordie vita dulcedo ꝛ ſpes noſtra. Uñ
qa ipſa eſt demẽtiſſima regina: vita: ſpes: ꝛ dulce
do noſtra. ſequitꝫ ꝙ nomen ei⁹ eſt dulciſſimũ. Ni
mirũ ex noie marie (niſi aſſit impedimẽtũ in ho/
mine) tãta dulcedo cordi deuoto infunditꝫ ꝙ mẽ
tis affectũ magꝫ ac magis afficiat: nec ſatiari põt
ꝓ deſiderio. qḋ teſtatur Eccl'iaſticus ca. xxiiij. di/
cens in pſona ei⁹. Spũs inq̃t me⁹ ſup mel dul/
cis: ꝛ hereditas mea ſuper mel ꝛ fauũ: memoria
mea in generatõnes ſeculoꝝ. Qui edunt me ad/
huc eſurient. ſ. pre deſiderio Eſa. xxvj. Nomẽ tu/
um in deſiderio anĩe Nota aũt ꝙ nomen marie
dulcorẽ infert Primo viſui Pſ. Letificabis me
cũ vultu tuo: delectatões in dextera tua vſqꝫ in
finem. Scḋo auditui Cañ. ij. Sonet vox tua in
aurib⁹ meis: vox eñ tua dulcis ꝛ facies tua de/
cora. Tertio dulcorem infert guſtui Cañ. ij. Fru
ctus eius dulcis gutturi meo. Quarto olfatui.
Eccĩ. xxiiij. Quaſi mirrha electa dedi ſuauitatẽ
odoris. Et ibidẽ Ego quaſi vitꝫ fructificaui ſua/
uitatẽ odoris. Quinto dulcorẽ infert cordis me
dullis. Unde Cañ. viij. Pone me vt ſignaculũ
ſuper cor tuũ. Et pſ. Guſtate ꝛ videte q̃m ſua/
uis eſt dñs. ſcꝫ in maria. O vtinã fidelis aĩa alꝫ
q̃ñ nouiſſes experientia certa: qꝛ vt canit eccl'ia: ve
re clemens pia ꝛ dulcꝫ eſt maria ¶ Duodecima
ꝓrogatiua: q̃a nomen marie eſt efficacia mirabi
liſſimum. Mirabiles enim effectus habet fru/
ctus ſalutiferos: vt in pte. j. ar. vlt̃. patuit. Quis
deniqꝫ ſufficienter extimare poterit q̃nta a ꝓnci/
pio mundi mirac'la facta ſint ad nomen marie: ꝛ
eius inuocationem. Si enim (vt dicit pſ.) mira/
bilis deus in ſctis ſuis. q̃ꝫ mirabilis ſup oẽs in
maria que eſt oĩm ſanctiſſima ꝛ dña: cui (vt dicit
Berñ.) data eſt oĩs ptãs in celo ꝛ in terra: vt q̃c/
quid voluerit valeat efficere Ut aũt magis clare
ſcat mirabilis efficacia nois marie: referam hic
vnum miraculũ quod ſcribit Uincenti⁹ in ſpecu
lo hiſtoriali. li. viij. partis ꝓme. capi. cxvj. dicens.
Miraculũ ¶ X in conuẽtu ſancti Bertini erat
monachus q̃dam noie Joſtio: in quo cõuentu
cum quidã archiepiſcop⁹ de terra ſancta adue/
niens hoſpitat⁹ fuiſſet: interrogat⁹ eſt a mona/
chis quis modus orandi viris religioſis in ter
ra ſctã habitantib⁹ ſolit⁹ foret. Et retulit quõ ab
ipſis hieroſolymitanis religioſis acceperit con/
ſuetũ fore bñdictã virginẽ hoc modo q̃tidie ora
re: vt vicꝫ ad honorẽ nois eius ſm q̃nqꝫ litteras
eius q̃nqꝫ Aue maria ꝛ totidẽ pſalmos qui in/
cipiunt ab eiſdẽ litterꝫ depromerẽt. Pro m Ma
gnificat. Pro a Ad dñm cum tribularer. Pro r
Retribue ſeruo tuo. Pro i In cõuertendo do.
Pro a Ad te leuaui ꝛc. Prefatus ḡ monachus
Joſtio cepit hũc modũ orandi q̃tidie ad hono/
rem nois marie obſeruare. Accidit autẽ vt qua/
dam nocte ipẽ non intereſſet matutinis cũ ceterꝫ
fratribus. ꝓpter quod ſupprior ad eius lectum
venit ibiqꝫ eũ defunctũ reperit: quẽ putamus
ex nimia dulcedine amoris quã forte beata vir/
gine ſibi apparente cum filio hauſerat exceſſiſſe.
Unde accurrũt fratres vultũqꝫ eius diſcoopien
tes inuenerũt q̃nqꝫ flores roſaꝝ. vnus egredie/
batur de ore ꝛ lingua ei⁹. duo de oc'lis. ꝛ duo de
auribus. Pro tali mirac'lo letantes detulerunt
eum in choꝝ: ꝛ ibi diſcoopta facie cum recentib⁹
roſis diligenter intuentes: in roſa que de ore exi
bat inuenerũt ſcriptum: maria. Tenuerũt autẽ
eũ per ſeptem dies ſuaui odore roſeo fragrantẽ
donec tres epĩ conuenirẽt ꝛ multi alij clerici ꝛ lai
ci: qui vidẽtes magnalia dei laudẽ dederũt deo
ꝛ beate virgini. O igr̃ nomen digniſſimũ marie
nomen piũ: nomen cõfortãs peccõrem. O nomẽ
dulce: nomen amoroſum ꝛ btẽ ſpei. O nomen
venerabile ꝛ ab oĩb⁹ deuota mẽte celebre. Quid
dicam⁹ in tua laude: cum oĩm deficiant lingue
nec ſufficiẽter te queũt laudare. Uere nomen ſa/
crũ: nomen fructuoſũ: nomen melliflũũ: vtinam
ſaperent ꝛ intelligerent hoĩes: ꝛ ipſum quotidie
inuocarent: ipm ſemp in domib⁹ cordibuſqꝫ ſcri
ptum tenerẽt: vt gratiam veniã ꝛ gloriã virginis
bñdicte merito obtinerent Amen.

¶ Incipit liber ſeptimus de ſanctiſſima vita btẽ
marie.

# Liber ſeptimus

agit de myſterio ſanctiſſime vite be
nedicte ỽginis marie: eiuſqꝫ ỽtuo/
ſiſſime actõis. Et diuiditur in tres
partes. In ꝓma parte agitur de ei⁹
conuerſationis ꝛ vite ſctitudine. In ſcḋa agitur ꝺ
merito eꝝ ꝛ virtutũ precelſitudine qua fulſit in ſũ
ma perfectõis altitudie. In tertia de grãrũ eiuſ/
dem multitudine qua illuſtrata extitit cum ſũ/
ma plenitudine in hui⁹ vite habitudine.

¶ Pars ꝓma de vite ſctiſſime virginis beate at/
qꝫ actionis eius ỽtuoſiſſime myſterio: vbi oſtẽ/
ditur ꝙ in vita ſuſcepit ſacramẽta ꝛ qualẽ regu/
lam ſctitatis tenuerit.

## Fili ne dimittas

legem matris tue: vt addat̃ grã ca/
piti tuo Prouer. j. ca. Quib⁹ in ver
bis ſapientiſſimus Salomon ſpũ
ſancto dicante hortat̃ nos vt matris noſtre. id ẽ
bñdicte ỽginis marie que eſt ſpũalis mater no/
ſtra ꝑ regeneratiõnẽ ꝛ adoptionẽ filiationis di/
uine ꝛ fraternitatis domini Jeſu chriſti. iuxta il
lud Anſel. dictum. Si inquit chriſtus qui ex ea
genitus frater noſter eſt: cur illa que genuit ma/
ter noſtra non eſt: q. d. ſic. Huius inquã matris

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

noſtre legē.i. vite regulā ⁊ rectitudinē quā exem
plariter in ſe nobis imitandā oñdit: ne dimitta/
mus.ſed ſtudioſe obſeruem⁹:q̄tinus detur no/
bis copioſior gratia capiti noſtro.i.rōnali menti
q̄ eſt caput aīe dirigens eā in actibus ſuis. Pro
fecto merito nos hortamur omnes ⁊ ſinguli ad
imitandā ſanctitatē vite marie: q̄a id perſuadet
nobis Primo q̄dē ſcriptura figuralis. Secun/
do natura exēplaris. Tertio ſnia doctrinalis.
Primo inquā perſuadet ſcp̄tura figuralis. Nā
Jacob conſiliū ſue matris ſeq̄ns bñdictionē pa
ternā conſecut⁹ eſt Geñ.xxvij. Jta ⁊ nos ſi volu
mus conſeq̄ bñdictionē dei p̄ris:conſiliū ſequa
mur matris marie vitā imitādo. ¶ Scd̄o p̄ſua/
det natura exēplarꝭ. Ut eñ certa diſcim⁹ experien/
tia:pater diligenti⁹ fouet filiū quē videt ſibi aſſi
milatū q̄ȝ diſſimiliorē:q: om̄e aīal naturalr̄ di/
ligit ſibi ſilē Eccī.xiij. Deniq̄ȝ teſte glo.ſup Ps.
Coru⁹ non nutrit in nido ſuos pullos tādiu q̄/
uſq̄ȝ aſſimilari ſibi incipiūt pennis nigreſcētib⁹
eo q̄ putat non eſſe ſuos pullos ꝓpter diſſilitu/
dinē:q̄s tñ poſtea aſſilatos diligenter fouet:⁊
intime diligit. Jdeo dicit ps. Qui ſcȝ de⁹ dat iu/
mētis eſcā ⁊ pullis coruoꝝ.ſ.in nido ⁊c̄. Jta ſpi/
ritualiter maria mat̄ gratie nos in ſpūalib⁹ fo/
uet ſibi aſſimilatos:⁊ deo patri exhibet diligen/
dos. al's ꝓpter diſſilitudinē formidandū eſt ne
derelinq̄mur. Sectemur ḡ chariſſimi benedicte
v̄ginis caſtitatē:humilitatē:patientiā: ⁊ ceteras
v̄tutes Uñ eius fili⁹ dñs Jeſus clamat Mat.
xj. Diſcite a me q: mitꝭ ſum ⁊ hūilis corde:⁊ iue/
nietis requiē aīa. vc. ¶ Tertio p̄ſuadet ſnia do/
ctoralis. Uñ Amb. li. de v̄ginitate dicit ſic. Sit
vobis tanq̄ȝ in imagine deſcripta vita marie:de
qua velut ex ſpeculo refulget ſpēs caſtitatꝭ et for
ma v̄tutꝭ. Hinc ſumatꝭ exēpla viuendi vbi tāq̄ȝ
in exēplari magiſteria ſūt ꝓbitatꝭ exp̄ſſa:que q̄d
corrigere:q̄d effugere:q̄d tenere debeatꝭ oñdunt
Hec ille. O igit̄ fidelis aīa auſculta cōſiliū ſapi/
entꝭ:ſuſcipe ei⁹ exhortationē dicētꝭ. Fili ne dimit/
tas legē matrꝭ tue.i.marie. O ſalubris admoni
tio. o dulciſſima doctrina. o ſaniſſimū conſiliū:
cui obtp̄ando fit: vt addat̄ gr̄a capiti tuo. ſi gr̄a
ergo ⁊ gloria.⁊ p̄ cōſeq̄ns oē bonuȝ. Quia ergo
vita Marie nobis imitāda in p̄dictis v̄bis ꝓpo
nit̄.idcirco de ea acturi tria myſteria in hac parte
declarāda notabim⁹:q̄b⁹ eius cōuerſatōis ⁊ vi/
te ſcitatē agnoſcere valebim⁹ ⁊ imitari ſciemus.
¶ Primū d̄r myſteriū ſcp̄turalis omiſſionis.
¶ Scd̄m d̄r myſteriū ſacramētalis ſuſceptōis.
¶ Tertiū myſteriū regularis obſeruatōis.

¶ Articulus p̄m⁹ q̄re euāgeliſte noluerūt de vi
ta b. Marie ſcribere aut de ei⁹ morte ⁊ ſimilib⁹.

PRimū myſteriū declarandū dicitur ſcripturalis o/
miſſionis. Nam a plerisq̄ȝ ſepeſep̄⁹
queſitū eſt Quare vicȝ in ſacra ſcp̄tura canoni/
ca q̄ȝ nuſq̄ȝ aliq̄d ſcribit̄ de ſcitate ⁊ geſtis Ma
rie.nec ab euāgeliſtis texit̄ q̄cq̄ȝ de ei⁹ vite hiſto
ria.imo nec etiā de ei⁹ origine aut parentū ſcita
te.nec de gl'ioſis actib⁹ ⁊ geſtꝭ ſup̄mirabilibus:
aut de eius morte :aut ſacramentoꝝ noue legꝭ
ſuſceptiōe. Mirū certe eſt cur ſcp̄tura obmiſe/
rit ⁊ tacuerit hec oīa ⁊ alia matris dei preclara
op̄a. Matthe⁹ q̄ppe ca.j.ſcribēs de chriſti gene
alogia h̄ ſolū dicit. Jacob genuit Joſeph virū
Marie: de q̄ natus eſt Jeſus q̄ vocat̄ chriſtus.
putabā dicere debuiſſe: virū Marie filie Joa/
chim quā ex Anna vxore angelo nūciāte mira/
culoſe genuit:que fuit v̄go caſtiſſima ⁊c̄. Silr̄
⁊ Lucas Miſſus eſt inq̄t angelus ad v̄ginem
⁊c̄.nō deſcribit ei⁹ ortū nec ei⁹ geſta aut vite ſeri
em:aut p̄clara ſcitatis op̄a. ⁊ ſic de alijs euāge
liſtis. Pret̄ h̄ ſolū q̄ ꝯceptionē filij dei ex ea ſpi
ritu ſācto factā deſcribūt:⁊ ea que ad id ꝑtīarat
p̄tinere vident̄. Et ad id aſſumūt argumētū ta/
le obijciētes :q: euāgeliſte p̄curſoris ortū :parē
tūq̄ȝ dignitatē:vite ſanctitatē:arduaq̄ȝ et p̄clara
eius geſta deſcp̄ſerūt vſq̄ȝ ad terminū vite eius
⁊ martyriū.ergo multo magis hoc de matre d̄i
facere debuerūt ad fidei ⁊ morū edificationem
Videt̄ q̄ ſacra ſcp̄tura obmittēdo ſit diminuta
¶ Sed cōtra eſt: quia ſpūſancto inſpirāte locu
ti ſunt ſancti dei hoīes .ij. Petri.j. ⁊ Matth .x.
Non vos eſtis qui loq̄mini ſȝ ſpūs ⁊c̄. Uñ ipſo
dictante ſcp̄ſerūt quecūq̄ȝ ſcripta ſunt in cano/
nicis ſcripturis:in q̄b⁹ error vel diminutio nul
latenus admitti debuit. Deus eñ ⁊ natura nō
abūdant in ſup̄fluis :nec deficiūt in neceſſarijſ:
nec quicq̄ȝ faciūt fruſtra:vt dicit̄.ij. Phyſ.igitur
⁊c̄. ¶ R̄ndeo ſm Alber.magnū ſup̄ Miſſus ē
ca.lxxj.alioſq̄ȝ doctores catholicos de hoc tra/
ctātes q̄ ſūme rationabilit̄ factum eſt vt hoc de
virgine matre dei ſint omiſſa in canonica ſcri/
ptura a ſanctis:nec aliq̄d ſit exp̄ſſum niſi q̄d ſpe
ctabat ad incarnationē ex ea factā. Hoc eñ egit
ſpūſſanctus miro ordine diuine ſapientie:pre/
cipue triplici ratione.
¶ Una eſt ratio p̄ſuppoſitionis.
¶ Alia eſt ratio excitāde deuotionis.
¶ Tertia rep̄mēde elatiōis vel nr̄e hūiliatōis.
Una eſt ratio p̄ſuppoſitiōis.q: vicȝ ſcitatis ex
cellētia ⁊ dignitas m̄ris dei ab om̄ib⁹ chriſticol̄
debito p̄ſupponit̄ :circa quā errare eſſet prima
principia ꝯfundere:⁊ in hereſim damnatā veni
re.igit̄ ſup̄fluū fuit ea deſcribere ⁊ vicioſum:cū
ſm Ariſto.qui vnū dicit quodāmodo plura di
cit. Et iteꝝ. Peccā eſt fieri p̄ plura q̄ eq̄ bene poſ
ſunt fieri p̄ pauciora. Et.ij. Phyſi. ⁊.viij . Topi.
Uñ ſic ſymbolū ap̄loꝝ nullibi apō euāgeliſtas
in forma ſcp̄tū legim⁹:q: firmit̄ credendū p̄ſup
ponitur mentib⁹ fidelium inſcribendum:ita pari
iudicio ſpūſctō dictante factū eſt de hiſtoria ma
tris dei:excellentiaq̄ȝ ⁊ ſanctitate.q̄niam ita dixit

Mat. de q̄ natus eſt Jeſus ⁊c. eo dicto oīa ſub ſequentia dixit tanq̄ incluſa ⁊ preſuppoſita. ſ. de ſūma eius ſctitate: dignitate: meritorū q̄ ⁊ p̄mio rum excellētia. Et ſic in alijs etiā euangeliſt᷒ a ꝓle cōmendatꝫ mr̄. Nū em̄ arbor bona nō facit niſi fruct⁹ bonos Mat. vij. Si ḡ ꝓles ſanctiſſima ⁊ digniſſima: ita ⁊ mr̄: maxime cū ſit mater dei q̄ ſancti⁹ ⁊ dignius dici nō poteſt. Vn̄ plus de ca ſcribere ſuperfluū fuiſſet: q̄ dicēdo ꝙ genuit Jeſum filiū altiſſimi. vel ꝙ eſt grā plena: dn̄s tecū. ⁊ ſilia: ſufficienter breui vbo oīa dixit ꝙ vicꝫ a nulla gratia: a nulla ſctitate: a nullo meritoꝝ ⁊ p̄mioꝝ genere fuerit aliena. ſed q̄cq̄d boni aliqua creatura fecerit vel receperit: de hoc nō liceat eā fore expertē: cum exiſtēs dei matꝫ ſit ſumma ꝑſona ipo facto ⁊ a nll'o illuſtriū ſuꝑari p̄t vt dr̄ Damaſcenus. Alia rō eſt excitande deuotōis: q̄ per hoc fidelium doctoꝝ deuotio excitatꝫ ad inq̄rendum. Juxta illō Eccl. xxiiij. Qui edūt me adhuc eſurient. Et infra. Qui elucidant me vitā eternā habebunt. Tertia ratio noſtre hūiliatōis ⁊ reprimende elatōis. Nā noſtra vana gl'iatio reprimitur: ne noſtra bona oꝑa ꝓ magno reputem⁹: cū videamus ꝙ excellētiſſimi meriti oꝑa plura a beata virgine facta: imo ⁊ ab ipſe dn̄o Jeſu vſq̄ annū. xxx. impleta: ſcp̄tura quaſi nō extimans p̄terijt ſubticēdo: q̄ſi tacēdo dicat nobis illō Lu. xvij. Cum feceri᷒ oīa que precepta ſūt vobis dicite ſerui inutiles ſumus: ⁊ illud Mat. vj. Noli tuba canere ante te ⁊c. Itē dn̄s noſter ⁊ dn̄a noſtra ſuas ſecretas habitudīes ſibi notas ꝑ ſe noluerunt manifeſtare. Juxta illō Prouerb. xxvij. Laudꝫ te os alienū: ſileat os tuū. Unde illa ſcripta non ſunt. Ea autē que in p̄ſentia diſcipuloꝝ vel ppl'oꝝ fecerunt ſcp̄ta ſunt ad noſtrā edificatōeꝫ: quaten⁹ doceremur ⁊ nos: vt ſic bona agamus ꝙ laudes exterius nō queram⁹: quia vt dicit Greg. ſtudiū celeſtis deſiderij a malignis ſpiritib⁹ cuſtodire nō ſufficit q̄ hoc ab hūanis laudibus non abſcōdit. Depredari em̄ deſiderat q̄ theſauꝝ in via publice portat. Hec ille. Et ſic patet ꝙ rōnabiliter valde ſp̄ū ſctō dictante ſcti euangeliſte ea que ſpectāt ad incarnatōis fidem breuius ſcribere voluerūt. ꝓpter fidei aſtructōꝫ ⁊ edificatōꝫ. Ea autē que ſecrete geſta ⁊ ap'lis: aut alijs ignorantib⁹ facta ſūt. licet forent magna ⁊ mirabilia ſuper oīm ſanctoꝝ alioꝝ geſta ꝑcuerūt: p̄miſſas ꝓpt̄ rōes. Ad illud igr̄ in oppoſitū ꝙ vicꝫ ſaltem eius ortū ⁊ parentū ſanctitatē ſcribere debuerunt. Rn̄detur ꝙ ex q̄ parentū Marie gloria ⁊ dignitas ab illa fuit ꝓpter quā ⁊ illi anteceſſores: ⁊ tota illa gēs electa eſt. ideo n̄ debuit Maria per parētes cōmendari: ſicut nec chr̄s ꝑ matrem cōmendatꝫ. ſed e cōuerſo ex ꝓlis ſanctitate datur intelligi ſctitas parentū. Ad aliud de p̄curſoris ortu vita ⁊ morte ⁊c. Rn̄detur ꝙ hec rōnabiliter de p̄curſore ſcripta ſunt: q̄ niſi ſcp̄ta forent: dubitari potuiſſent. Marie autē miraculoſa cōceptio ⁊ ortus gaudioſiſſim⁹: vita ſanctiſſima: oꝑa precellētiſſima ⁊ arduiſſima: atq̄ mors p̄cioſiſſima ⁊ gl'ioſiſſima ⁊c. idcirco ſcribi non debuerūt: q̄ certiſſima fide creditꝫ inter fideles viros q̄cq̄d ad eius dignitatē: ſanctitatē ⁊ p̄cellentiā pertinet: ⁊ ꝑ ſe notū eſt his q̄ de Jeſu integram habent fidē. O igr̄ peccatrix aīa agnoſce q̄ nullā habes cauillatōis cauſam cōtra ſcp̄turam ſacrā. Quecunq̄ em̄ ſcripta ſt̄: ad noſtrā doctrinā ſcripta ſunt. Rho. xv. O aīa chr̄iana perpende: q̄ maria opera p̄termiſſa ſunt ſilentio. ꝓpter tuam inſtructōꝫ: vt ſtudeas magna credere tanq̄ fidei p̄ſuppoſita de Maria ⁊ eius ꝓle Jeſu: ⁊ vt ſtudeas deuoti⁹ inq̄rendo meditādoq̄ merita adquirere: atq̄ vt addiſcas hūilitatem in actib⁹ tuis ſeruare. O pie deus q̄ dulciter nos allicis: q̄ benigne inſtruis: ⁊ q̄ ſalubriter hūiliari vis nos vt exaltes.

Articulus ſcd̄us ꝙ beata Maria in ſua vita ſuſcipere debuit ⁊ de facto ſuſcepit oīa eccleſie ſacramenta ſibi congruētia.

Capitulū. I.

SEcundū myſteriū de vita Marie declarandū dicitur ſacramētalis ſuſceptōis. Ex q̄ enim in hac vita hꝫ hō potiſſime ꝑ ſacr̄a ſanctificari: q̄m ipſa ſacr̄a ex vtute diuina habent efficaciā ſanctificandi: ⁊ grām conferūt ꝑ quā aīa curatur ab infirmitatib⁹ vicioꝝ. vt patꝫ in. iiij. li. ſn̄iaꝝ. ꝓpter qō Aug⁹. diffiniēs Sacr̄m inq̄t: eſt illud in q̄ ſb tegumento reꝝ viſibiliū diuina vtus ſalutē ſecretius oꝑatur. Et Hugo de ſan. vic. li. de ſacr̄is dicit. Sacr̄m ē materiale elementū extrinſecus oc'lis ſuppoſitū ex ſanctificatione grām inuiſibilē conferens. Idcirco primo conſiderandū nobis eſt: ſi btā virgo in hac vita ſuſceperit ſacr̄a noue leg᷒ que inſtituit chriſtus dn̄s. ꝓpter noſtrā ſanctificationē ⁊ ſalutē. Quia enim nil de hoc in canonic᷒ ſcripturis reꝑitur exp̄ſſum. a pleriſq̄ manet indubitatū. Pro hac itaq̄ re tria ſunt notanda ad p̄ns.

Primo: generalis cōcluſio.
Scd̄o: ꝓbabilis ratio.
Tertio: particularis inq̄ſitio.

Primo inq̄uā notāda ē generalis cōcluſio que ponitꝫ ſm̄ Alber. ſuꝑ Miſſus ē. ca. lxxxj. ⁊ eſt talis. ꝙ beatiſſima vgo Maria in ſua vita ſuſcepit omnia eccl'ie ſacr̄a que tempore ſuo oīb⁹ hoībus generaliter fuerūt inſtituta ⁊ ꝓmulgata oībus obſeruanda.

Capitulum. II. quare debuit Maria ſuſcip̄e ſacramenta.

SEcundo notanda eſt huius cōcluſiōis ratio. Nā btā vgo ſuſcip̄e debuit ſacramenta eccl'ie multiplici rōne ſm̄ eundē Alb. vbi ſ. Primo ꝓpter ſuꝑpius hūiliatōem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quia quãto pre ceterꝭ fuit sanctior vniuersis: tã
to magis decuit: vt se hũiliaret ad sacramentoꝝ
susceptionẽ. sicut etiã humiliauit se ad legẽ puri
ficatõis veteris legis Lu. ij. Iuxta illð saluato
ris Lu. xvij. Cum feceritis omia: dicite serui inuti
les sumꝰ: quia qð debuimꝰ fecimꝰ. Scðo: ꝓ
pter p̄cepti impletõꝫ: qꝛ preceptũ obligabat oẽs.
Iuxta illð de baptismo Ioh. iij. Nisi q̃s renatꝰ
fuerit ex aqua ꝛ spũsctõ non itroibit in regnũ ce
loꝝ. Tertio: ꝓpter scandali euitatõeꝫ quod oꝛ
tum fuisset in ceterꝭ christicolis. Quarto: ꝓpter
meritoꝝ supererogationẽ. Quinto: ꝓpter here
sum confutatõꝫ que vicꝫ asserebant ipm nõ ho
minẽ esse sed angelũ. Sexto: ꝓpter ꝑfectoꝝ in
structõꝫ: vt qui sctũs est sanctificet adhuc Apo.
xxij. c. Septimo: ad pctõꝝ redargutõeꝫ. Quid
eñ in sui excusatõe peccatores dicere põt recusã
tes sacr̄m penitentie ꝛ alia quecunqꝫ sacr̄a: cum
audiant etiã sanctissimã celoꝝ reginam sacr̄a
suscepisse. ꝑfecto eius exẽplo redarguunt de ne
gligentia ꝛ ꝓuocant ad ea suscipienda

Capitulum III. de singulis sacris in speciali
Utꝝ maria suscepit.

Tertio hic notandũ restat particularꝭ in
q̃stio de singulis sacris eccl̃ie.
Primo: de baptismi susceptõe.
Scðo: de confirmatõe.
Tertio: de eucharistie acceptõe.
Quarto: de sacr̄o penitentie
Quinto: de sacr̄o matrimonij.
Sexto: de extrema vnctõe.
Septimo: de sacr̄o ordinis.

Primo igitur de sacr̄o baptismi querit. Utrum
beata virgo fuerit baptizata. Et potes obijcere
ꝙ non: q̃a sapientis est nil frustra facere. sed fru
stra accipit medicinã qui nõ indiget. Cum ergo
dña fuerit sanctificata in vtero: ꝛ vt pie credit a
multis: fuit cõcepta sine pctõ originali. ergo nõ
indigebat baptismo. ꝛ sic frustra accepit. qm̃ ba
ptismꝰ est medicina cõtra originale instituta ſm
doctores. Item cũ ipsa fuerit grã plena. si ba
ptizaret quid susciperet grẽ. vñ videt ꝙ ficte ac
cessisset cũ rem sacri. id est grãm aliquã nõ susce
pisset. non ergo debuit baptizari: cũ scriptum sit
Sap. vij. Spiritussctũs discipline effugiet fictũ.
Item si baptizata esset deberet eccl̃ia agere fe
stum eius baptizatõis: sicut eo ꝙ purificata est
agit festũ eius purificatõis: cum tã solenne festũ
scꝫ baptismatꝭ vel factum multũ fortius ꝑstaret
ad edificationẽ fidelium. Relinquit ergo ꝙ nõ
fuerit baptizata. In cõtrariũ arguit: quia p̄ce
ptũ de baptismo obligabat oẽs post sui ꝓmul
gationẽ ad sui susceptõꝫ. ergo ꝛ btãm virginem
Item dñs Iesus q̃uis nõ indigeret baptiza
tus fuit. g̃ ꝛ b. v̄go baptizari debuit q̃uis non
indigeret. ꝓpter illð Io. iij. Amen amen dico vo
bis: nisi q̃s renatꝰ fuerit ꝛc. ꝛ Mar. vlt. ca. Qui
crediderit ꝛ baptizatꝰ fuerit saluꝰ erit. Itẽ de apo
stolis supponit ꝙ fuerũt baptizati ꝑ illð Ioh.
xiij. Qui lotꝰ est nõ indiget nisi vt pedes lauet.
g̃ multo magꝭ de btã v̄gine credẽdũ ẽ: cũ fuerit
ꝑfectissima obseruatrix consilioꝝ ꝛ p̄ceptoꝝ
ꝙ baptizata fuerit. Rñdeo ſm Alb. vbi. s. ꝙ ꝑ
fecto credẽdũ ẽ btãm virginẽ fuisse baptizataꝫ.
al's eñi nõ haberet characterẽ ꝑ quẽ distinguere
tur a iudeis ꝛ gentibꝫ. imo cũ ipa fuerit hũilli
ma nullũ gradũ hũilitatis ꝑtermisit: ꝛ ideo ba
ptizata est: nõ solũ baptismo christi sed etiã ba
ptismo Iohãnis: vt sentire videt idem Alb. vbi
sup. c. lxxiiij. Ad p̄mũ obiectũ ꝛ scðm respõde
tur ſm eundẽ Alber. vbi. s. c. lxxij. ꝙ btã v̄go nõ
frustra baptismũ suscepit nec ficta fuit: quia eo
qð habere debuit nõ caruit sed abũdauit pecca
ti destitutiõe ꝛ fidei ꝑfectione que requirunt in
accedẽte. Nec obstat ꝙ sine originali fuerit con
cepta: vl' ꝙ fuerit sctificata plenissime: q̃niaꝫ ſm
Tho. in. iiij. di. vj. ꝛ cõmũiter alios doc. q̃lbꝫ te
net ad baptismũ etiã sctificatꝰ i vtero ꝓpter tria.
Primo ꝓpter adq̃rendũ characterẽ q̃ annũeret in
ꝑplo dei ꝛ q̃si deputet ad ꝑcipiẽda sacr̄a diuia.
Scðo vt ꝑ baptismi ꝑceptionẽ passiõi chr̄i etiã
corꝑaliter ꝯformet. Tertio ꝓpter bonũ obedien
tie: quia p̄ceptũ ð baptismo oĩbꝫ datũ est vnde
gratiã adq̃siuit. qꝛ ꝑ baptismũ suscepit btã v̄go
characteris impssionẽ: augmentationẽ merito
rũ: atqꝫ virtutũ exercitationẽ. Et sic patet. Ad
tertiũ. quare vicꝫ nõ agat festũ eius baptismi si
cut festũ purificatõis. Una ratio esse põt. s. quia
baptismꝰ eiꝰ fuit celebratꝰ in secreto. oblatio au
tẽ in purificatõe fuit in manifesto. Alia rõ. qꝛ ba
ptismus ꝑ se ꝛ p̄cipaliter datꝰ est i remissiõeꝫ
pctõꝝ. ꝛ ideo ne putet ipa habuisse pctm̃ a quo
mũdaret in baptismo: nõ debuit festũ eius ba
ptismi institui. Nec obstat ꝙ eccl̃ia baptismum
dñi solẽnizat q̃ tñ nõ habuit pctm̃: qꝛ ob h̃ facit
qm̃ sua baptizatio nr̄i baptismi fuit cõsecratio.
Et sic patꝫ. Scðo de cõfirmatõe querit. Utꝝ
btã virgo fuerit ꝯfirmata. Et potes arguere ꝙ
nõ. qꝛ dñs Iesus qui solꝰ potuisset ei legẽ dedis
se nõ legit hoc sacramẽtũ istituisse. ergo nec ipa
tenebat h̃ sacr̄m recipe. Itẽ confirmatio est sa
cramentũ ad hoc institutũ vt ꝑ manꝰ impositio
nẽ a pontifice det spũsctũs quo roboret homo
in pugna spũali: vt dicit Rabanꝰ ꝛ cõcorditer
doctores alij. Sed beata virgo ad nulliꝰ manꝰ
impositionẽ spm̃ sanctũ recepisse legit: nec robo
re spũs indiguit: quoniã plenitudinẽ grẽ habu
it. ergo nõ videt quare cõfirmari debuerit. Cõ
tra. Beata virgo fuit plene ꝛ perfectissime chri
stiana. sed hoc fit ꝑ sacr̄m cõfirmatõis vt homo
inueniat plene christianꝰ. Unñ Rabanꝰ. Omnes
inquit fideles ꝑ manus impositionẽ episcopo
rũ post baptismũ debent accipe spm̃ sanctuꝫ vt
pleni inueniant christiani. g̃ beata virgo confir
mata fuit. Rñdet g̃ ſm Alber. ca. lxxxj. ꝙ b. vir
go fuit ꝯfirmata: licꝫ non sit in scriptura expres



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſum. Nam ꝯfirmatio ſ licȝ ſimpliciť nõ ſit ſacra
mentũ neceſſitatis: eius tamẽ ꝯtempt⁹ ẽ dãna
bilis: vt volũt Richar. Bonauẽ. Alexan. Tho.
Petr⁹ ꝛ Alber. in. iiij. di. vij. Vñ qꝫ btã virgo fu
it ꝑfectiſſima obſeruatrix ꝯſilioꝝ ꝛ ꝓceptoꝛuȝ
ſequiť ꝙ ꝯfirmationẽ ſuſcepit. ¶ Ad pmũ ob/
iectũ rñdetur ꝙ ſm Petꝝ Aureo. in ſuo ꝯpen
dio. li. vj. ca. iij. dñs Jeſus ꝯfirmationẽ initia/
uit qñ manũ ꝑuulis iposuit ꝛ eis bñdixit ¶ Ad
ſcðm rñdeť ſm Alb. vbi. ſ. ꝙ in ꝯfirmatõe rece/
pit btã virgo alteri⁹ characteris impſſionẽ: am
plioꝛẽ meritoꝛũ augmentationẽ ꝛ ꝑfectionẽ: v
tutũ exercitationẽ ꝛ ðclarationẽ: ꝓpť q̃s gratias
ꝯfirmationẽ nõ fruſtra ſuſcepit. ¶ Tertio ð eu
chariſtie acceptiõe q̃riť. Vtꝝ btã vgo acceperit
euchariſtiã. Et ſi obijciť ꝙ nõ. qꝛ nõ videť quid
grẽ in euchariſtie acceptiõe accepit. Hoc em̃ ſa/
cramentũ eſt inſtitutũ ꝓpter charitatis augmẽ/
tum ꝛ i remiſſionẽ peccatoꝛũ venialiũ ac caute/
lã moꝛtaliũ: ꝛ vt ſignũ paſſiõis chꝛi rememoreť
Lu. xxij. Hoc facite in meã ꝯmemoꝛationem
Sed btã virgo etiaȝ abſq̃ hoc charitate plena
fuit ꝛ remiſſione pctõꝝ vel cautela moꝛtalium
nõ indiguit: qꝛ nunq̃ꝫ peccauit nec moꝛtaliť po
tuit peccare. nec indiguit ſigno recoꝛdatõis ſen
ſibili q̃ ſꝫ chꝛiſtiformis fuit ſm ſenſuȝ. ꝛ deifoꝛ
mis ſm itellectũ. g̃ euchariſtiã accipe nõ debu/
it. ¶ Sed ꝯtra. qꝛ hoc ſacramẽtũ eſt amoꝛis. er
go ipm̃ maxime debuit ſuſcipe que fuit ſũma i
amoꝛe. ¶ Rñdeť ꝙ btã vgo euchariſtiã ſepius
accepiſſe ꝯpꝛobať tã ex autoꝛitate. qꝛ ſcriptũ eſt
Actuũ. j. Erant ꝑſeuerãtes in oꝛõe ꝛ ꝯmunica
tione fractiõis panis cũ Maria matre ieſu. qð
de ꝯmunione euchariſtie accipiť ſm Glo. q̃ꝫ ex
ratione quã ponit Alb. ca. lxxvij. ſuꝑ Miſſus
eſt. qꝛ vtꝫ oẽs fideles tpe opoꝛtuno ꝛ ab eccľia
determinato teneť ꝯmũicare: ex obligatõe ſẽ/
tentie ſaluatoꝛis Johã. vj. Niſi mãducaueritis
carnẽ filij hois nõ habebitis vitã i vob. g̃ b. vgo
ſi ñ ꝯicaſſꝫ ſcãdalizaſſꝫ. ſꝫ nõ ſcãdalizauit g̃ ꝯi/
cauit. ¶ Ad id i oppoſitũ rñdꝫ Alex. vbi. ſ. c. lxxxj
ꝙ ð ſacro altari recepit b. vgo dñice paſſionis
ſpẽalẽ recoꝛdationẽ: deuotõis actualẽ exercitatio
nẽ. ꝛ ꝯtra filij abſentiã coꝛꝑalẽ ꝛ viſibilẽ: ꝑſentie
filij in h ſacro ꝯſolationeȝ. ¶ Quarto de ſacro
pñie queriť. Vtꝝ btã vgo ſacrm̃ penitẽtie aliqñ
ſuſcepit in vera ꝯtritiõe: ꝯfeſſiõe ꝛ ſatiſfactiõe.
Et arguiť ꝙ nõ. Nam nunq̃ꝫ peccauit: g̃ nunq̃ꝫ
contrita fuit. ſed ſine contritione nõ eſt gratia ꝑ
ſacramẽtũ penitẽtie. ergo ipa ñ recepit ſacramẽ
tũ penitẽtie ꝛ eius gratiam. ¶ Item confeſſio fi/
cta eſt ſine ꝯtritiõe. ergo cum in ea contritio lo
cum non habuit: nec confeſſa fuit. ¶ Item ſatiſ
factio ſicut etiã contritio ꝛ ꝯfeſſio nõ eſt niſi de
peccato: cum ergo nũq̃ꝫ peccauit nunq̃ꝫ penitu
it. ¶ Contra. Cõfeſſio fuit in lege veteri ꝛ noua ð
ꝓcepto. igiť oẽs tenebanť ꝛ ꝑ ꝯſeq̃ns etiam ipa
Itẽ pñia eſt pma virtus: vt dicit Glo. ſuꝑ illo v

bo. Pniam agite. ſed b. vgo habuit oẽm grãm
ꝛ vtutẽ. g̃ per pñiaȝ. Item b. vgo fecit ꝯfeſſiõem
oꝑis ſuando ꝯfeſſiõeȝ: ꝛ offerendo oblatõꝫ ſta/
tutam ꝓ peccatricib⁹ purificãdis: vt pꝫ Lu. ij. Er
go debuit facere etiã ꝯfeſſiõeȝ oꝛis in noua lege.
¶ Rñdeo ſm Alb. vbi ſ. c. lxxxj. ꝙ btã virgo ſu/
ſcepit grãs omniũ ſacꝛoꝝ vel in ſeipis. vel equi/
pollenti excelleniť. Vñ virtutẽ ꝛ ſacrm̃ pñie ſuſce
pit excellenti⁹ q̃ alijs viatoꝛib⁹: qꝛ in alijs actus
pñie reſpicit pc̃m qð ineſt vel infuit. in vgine aũt
bñdicta ſiñ pñia vel ꝓceſſiõe culpe fuit ac⁹ pñie
Iſte aũt act⁹ pñie eſt deteſtatõ pcci: ſiue nolle pec
care. Btã igiť vgo habuit ꝓ ꝯtritõe pñiali inocẽ
tie ꝯſuatõꝫ ꝛ ꝑpetuũ nolle peccare. Item ꝓ ꝯ
feſſione habuit grãrum actõem. ꝛ ꝓ ſatiſfactione
operũ ſuꝑerogatõeȝ. Et ꝑ hoc ſolui pñt obiecta
in ꝯtrariũ. ¶ Sed circa hec adhuc remanet du/
biũ. Quid btã virgo ꝯfiteri potuit: cũ nulli⁹ pec
cati ꝯſcia fuit: que etiã veniale nõ habuit. ¶ Rñ
det Alber. vbi ſ. ꝙ triplex eſt ꝯfeſſio. Vna accu
ſatio pctõꝝ. Alia eſt recognitio incõgruitatis: ꝛ
ingratitudis beneficioꝝ. Tertia ꝯfeſſio inſuffi/
cientie meritoꝝ. Et hec tertia ſolũ fuit ꝓprie bea/
te vginis ꝯfeſſio: q̃ confitebať deo ꝙ tantã grãꝫ
recepit quã nũq̃ꝫ cũ ꝯdigno meruit vel oĩs crea
tura mereri potuerit. licet ipſa de ꝯgruo merue
rit. ¶ Itẽ adhuc q̃ritur q̃s fuit ei⁹ ꝯfeſſoꝛ: Et vi
detur ꝙ b. Petr⁹: q̃a oꝛdo eſt inter ꝯfeſſoꝛes ꝛ
ꝯfitentes. Cum g̃ btã virgo fuerit ſũma: debuit
ꝯfiteri ſũmo confeſſoꝛi ꝛ digniſſimo. hic aũt eſt
papa. ſed Petr⁹ fuit papa. g̃ Petro eſt confeſſa
¶ Sed ꝯtra. Superioꝛ ꝑlatus non debet ſe in
tromittere de adminiſtratõe ſui inferioꝛis: vt po
te archieps de his que ſũt ſui ſuffraganei: niſi in
determinatis caſibus: vt pꝫ extra de offi. iu. oꝛ. c.
paſtoꝛalis. ꝛ ibi in Glo. g̃ cum b. vgo eſſꝫ ſpecia
liter btõ Johanni ꝯmiſſa: ab ipſo debuit recipe
ſacrã. Concedendũ eſt ergo ꝙ btã virgo ꝓmiſſo
modo ꝯfeſſionẽ fecerit btõ Johanni euãgeliſte
ſuo ꝓꝓꝛio ꝯfeſſoꝛi: ꝛ ab eo accepit ſacrã poſt filij
moꝛtem. Hec Alb. vbi ſ. ¶ Quinto de ſacro ma
trimonij q̃ſtio locũ non habet: q̃a conſtat ex euã
gelio ꝙ ipſa fuit deſpõſata Joſeph ꝛ fuit veruȝ
matrimoniũ: ſicut patuit i li. j. parte. vj. ar. iij. c. j.
¶ Sexto de extrema vnctõe. Si q̃ras vtꝝ eam
b. virgo ſuſcepit: breui vbo rñdetur ꝙ ſic: tali ra
tõe quã põit Alb. vbi ſ. qꝛ ſiq̃s totam legẽ ſua/
uerit: offenderit aũt in vno: factus eſt oĩm reus
Jaco. ij. Sed quia extrema vnctio fuit de lege a
dño inſtituta: ꝛ ab eccľia: cum legiť Mar. vj. ꝙ
diſcipľos miſit dñs circuire caſtella q̃ oleo vnge/
rent infirmos: vt ſanarenť. ergo b. vgo tenebať
ad extremã vnctionẽ. ꝛ ꝑ ꝯſequens eã ſuſcepit.
De hac re hic breuiter pertranſeo: ne tediũ prolixi/
tas generet. Latius aũt habes hanc q̃õnẽ decla
ratã li. x. par. j. ar. j. §. ij. q̃a pertinet ad materiam
de moꝛte ꝛ obitu Marie. ¶ Septimo de ſacro
oꝛdinis ſi queras. Rñdetur ſm Alber. vbi ſuꝑ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̄ ſ ſolum ſacr̄m beata virgo nō recepit: nec ei⁹ characterē habet. Et hoc ideo: q̄a cōgruit eam ſ non recipere. Primo. ꝓpter ſtatus ſui cōtrarietatem. Sacr̄m enim ordinis ſm exteriorē reputationem hominū quandā prefert dignitatē. interius autem ſm veritatē humilē ꝑtinet ad ſuitutem. Vn̄ contrariū erat ꝛ opponebať ſtatui beate ꝟginis q̄ interi⁹ ſummā corā deo habuit dignitatem: exteri⁹ vero ſummā coram hoīb; habuit humilitatē. Scd̄o non cōgruit recipe ꝓpter hūilitatem ꝛ aliaꝝ mulieꝝ ꝯformitatē. q̄m mulieres ab hoc ſacr̄o excludunť: ꝓpter ſexus indignitatē: maioreꝫ peccandi fragilitatē: ꝛ ꝓpter eam que ex his ſequunť regiminis incongruitatē. Sed forte obijciendo dicas. q̄ ex hoc ſequiť q̄ beata virgo non fuerit gr̄a plena: quia hac gr̄a ſcilicꝫ ſacramenti ordinis caruit. Rn̄detur ſm Alb. ibidem q̄ licet ꝟgo bt̄a hoc ſacr̄m non receperit: nihilomin⁹ tamen q̄cq̄d dignitatis vel gr̄e in ipſo ſacr̄o confertur de hoc plena fuit ꝛ ſupexcellēter habuit: vt patet inductiue. Nam in hoc ſacr̄o cōfertur miniſtris eccl̄ie corona in ſignū beneficialis dignitatꝭ: ſed bt̄a virgo habuit coronā dignitatis: non tm̄ ſuper militantē. ſed ꝛ ſuper totam triumphantē eccl̄iam. Item ſupremus iſtorum miniſtroꝝ eccleſie q̄ ordinanť eſt papa. q̄ appellatur ſeruus ſuoꝝ dei Ipſa autē virgo bn̄dicta eſt regina ꝛ dn̄a pape. ꝛ oīm angeloꝝ ac totius mūdi. Item in miniſtrꝭ iſtis eſt p̄tās delegata a deo. vel ſubdelegata a vicario. In ipſa autē virgine beata eſt p̄tās celeſtis pleniſſima. ꝛ ꝑpetua ex autoritate ordiaria. Itē in miniſtris eccl̄ie eſt executio ligandi atq; ſoluēdi per vſum clauium ꝛ miniſteriū. In ipſa autē dominandi p̄tās ad ligandum ꝛ ſoluendū per imperiū. Deniq; miniſtri eccl̄ie habent p̄tātem. ꝛ papa plenitudinē poteſtatis: tm̄ in vita iſta ꝛ nō in celo: nec in purgatorio: nec in inferno. Bt̄a autē ꝟgo hꝫ p̄tātis plenitudinē in vita iſta. in celo: purgatorio: ꝛ inferno. Et ſic patet. Vn̄ Bern̄. Data eſt tibi p̄tās o Maria i celo ꝛ in terra. vt q̄cq̄d velis valeas efficere Manifeſtū eſt ergo nil dignitatꝭ ꝛ gr̄e que eſt in ſacris deeſſe in virgine. ſed eaꝫ hoc totū vel in ſe. vel in eq̄pollenti. vel excellenti plenarie poſſediſſe. Hec Alb. O igitur ꝟgo ſuperbn̄dicta. o dn̄a glorioſiſſima. o excellētiſſima femina Maria dulciſſima. q̄s mente cōprehendere. quis lingua ſufficiat explicare tuas dignitates: gr̄as ꝛ ꝟtutes: Quis te digne queat laudare: ſi mille ora ſi decēmilia lingue vniuſcuiuſq; noſtꝝ forēt te laudādo non poſſem⁹ ſufficienter ꝛ quantū ex eq̄ deberem⁹ collaudare. Hoc ſolū o piiſſima ꝟgo vnica ſpes noſtra. ꝛ cōſolatio cordis nr̄i dulcis domina te deprecamur: hoc ſolū ſuppliciter expoſcimus: vt apud tuū dulcem natū: apud amantiſſimū Jeſum quem nobis ſaluatorē edidiſti: mereamur tuis precib; ineffabilis tue ꝛ ei⁹ gl̄e fieri participes Amen.

Articulus tercius de regulis ſanctitatꝭ quas ſingulas ꝛ omnes in ſūma perfectiōe obſuauit b. Maria q̄diu vixit.

## Tertiū myſteriuꝫ

pro hac parte declarandū dicitur regularis obſeruatiōis. Nam ſi volumus agnoſcere ſanctitatē vite beate virginis: que nobis in exemplū imitandi proponitur: clareſcit ex cōſideratione regulaꝝ obſuandarum. que neceſſario requirunť ad vite hūane ſanctitatē ſm ſacre ſcripture ꝛ doctoꝝ catholicorum rudimēta. Accipere aūt poſſumus ꝛ diſtinguere hic. xij. regulas ſc̄titatis: ꝛ diuidēdo in q̄tuor ternarios ponere ſm q̄ eaꝝ p̄me tres regule accipiuntur ex verbis Dauid Ps̄. Alie tres a Chryſ. Alie quoq; tres ſupaddite accipiuntur a Bern̄. Ultime ꝟo tres traduntꝰ a ſanctis ſimul Gregorio: Bern̄. ꝛ Rich. de ſancto vic. vt patebit intuenti. Has q̄ppe ſanctitatꝭ regulas ſūma perfectōis preeminētia obſuauit benedicta virgo. His vita eius occupata tota extitit ſanctitate plena. ꝛ ꝑ his atq; cū ipſis oībus in exemplū ſanctitatis data: corona ſtellaꝝ. xij. eius ſacratiſſima vita extat gl̄ioſa.

Capitulū. I.

Pro p̄mo igr̄ ternario dixi q̄ ſanct⁹ Dauid ſpūſancto dictante tradit tres p̄cipuas regulas ſanctitatꝭ obſuandas fidelibus: cū dicit ps̄. xxxiij. Quis ē hō qui vult vitam diligit dies videre bonos. Et plurib; ꝟbis vnā ſententiā cōplectens. Diuerte inq̄t a malo ꝛ fac bonū: inq̄re pacē ꝛ ꝑſequere eā. Ecce tres prime regule ſanctitatis patent.

Prima regula cōſiſtit in mali declinatōe.

Scd̄a in arduoꝝ bonoꝝ exercitatōe.

Tertia in aduerſoꝝ patienti toleratōe.

Prima itaq; regula ſc̄titatis eſt in maloꝝ. i. peccatoꝝ declinatōe. Unde dꝛ a Dauid: Declina a malo. Malū eīn culpe ꝛ pcc̄i ꝯtrariaťr btitudini ꝛ felicitati ſanctitatꝭ ꝛ gr̄e. ꝛ ideo ſimul ineſſe nō poſſunt. Hinc ꝑ Eſa. ca. j. clamat dn̄s. Quieſcite agere peruerſe: diſcite bn̄facere. Ad id facit. j. q. j. cap. dn̄s. vbi habeť q̄ ſanctitas innocētie tm̄ bonis cōuenit. q̄m vt habeť. xxiij. q. iiij. quātus Mali ſūt zizania: boni aūt ſunt triticū. ſ̄m ꝑ ſniaꝫ datam a ſaluatore Mat. xiij. Alligate inq̄t zizania ad comburendū: triticū auteꝫ congregate in horrea mea. ſequiť q̄ malus non pōt q̄diu malus eſt eſſe ſanct⁹ ꝛ ſaluandus. ſed damnādus. Quamobrē Ariſt. j. Ethic. Felix inq̄t eſt qui ſine vituperio mali eſt. Et. vij. Ethicorū ait. Homines dij participatiue dicunť propter virtutis excellentiam. homo vero prauus peior ꝛ crudelior eſt omni beſtia. Hec ille. Unde qui vult ſanctus eſſe ꝛ felix: hoc primū requiritur. vt declinet a malo ꝛ agat penitentiā de peccato. Iuxta illam ſaluatoris primam predicationē Matthei. iiij.

Pniam agite ap̄ropinꝗbit regnū celoꝝ. Pri
mā hanc regulā bn̄dicta v̄go excellentiſſime ob
ſeruauit: q̄a nunq̄ȝ in tota vita ſua peccauit etiā
venialiter: ꝑ Aug. ⁊ Bern̄. ⁊ ꝑſuadet per rōnem
ſm̄ Alb. ſup Miſſus eſt. ca. clxxvij. taleȝ: q̄ꝛ nul/
lum etiā veniale vel originale pct̄m̄ eſt gr̄a. q̄ vbi
aliq̄d de pctō eſt ibi aliq̄d vacuū de gr̄a eſt. Cum
ergo btā v̄go fuerit gr̄a plena: teſte angelo Lu. j.
Ergo nil de pctō fuit in ea. Scd̄a ſanctitatꝭ re
gula eſt in arduoꝝ opatione. Un̄ ſubdit Dauid
⁊ fac inquit bonū. qm̄ vt dicit Greg. i homel. de
ꝯfeſſoribꝫ. Minus eſt malū non agere: niſi etiā
quiſq̄ȝ ſtudeat ⁊ bonis opibꝫ inſudare. Secū
dam hanc regulā obſeruauit bn̄dicta virgo ma
ria in ſūmo: q̄ꝛ totā ſuam vitā expendit in opere
bono. Item de ea ſcribunt cōcorditer Epipha/
nius Germanus ⁊ Ignacꝰ atq̄ȝ Hiero. in ep̄la
ad Cromaciū ⁊ Heliodoꝛū: hanc regulā virgo be
ata in tota ſua vita ſibi ſtatuerat: vt hora matu/
tina quotidie ſurgeret: ⁊ vſq̄ȝ ad mane cōtinue
atq̄ȝ inceſſanter oraret. Ab aurora cogitabat de
filio ſuo oīa myſteria. ſcȝ cōceptōis: natiuitatis:
baptiſmi: ieiunij: paſſionis: ſepulture: reſurrecti
onis: aſcenſionis ⁊c. ⁊ gr̄as agebat deo de tāpia
liberatōe humani generꝭ. Illuceſcēte die vſq̄ȝ ad
tertiā: loca myſterioꝝ chriſti ꝓpe hieruſalem exi/
ſtentia vel intra deuotiōe ſedula actu viſitabat.
A tertia vero vſq̄ȝ ad nonā horam textrino operi
ſe occupabat. Fert̄ Vienne eſſe vnus cingulus
quē ipſa dr̄ texuiſſe. ⁊ qui eū viderunt narrāt nū
q̄ȝ illo pulcrioꝛē videri potuiſſe. Item a nona ab
orōne non recedebat quouſq̄ȝ illi angelus appa
reret ⁊ eſcā afferret quā ſolebat de manu eius ac
cipe cum gr̄arum actōne. Nec mirū hoc. qm̄ ſi filios
iſrael deus pauit māna. xl. annis in deſerto ange
licis manibꝫ ꝑparato. ⁊ Heliam aſcendentē in
montē Oreb: q̄nto magis illud credendū eſt de
v̄gine matre. Eſca igit̄ quam v̄go de manu an
geli accipiebat ipa reficiebat̄: que v̄o a pontifici
bus accipiebat pauperibꝫ erogabat. ſed ⁊ q̄cq̄d
laboꝛe manuū adq̄rebat paupibꝫ diſtribuebat.
Sedulius q̄ȝ dicit ꝙ iuxta lectuli eiꝰ caput erat
vna ſedes. vbi libri ſcti ſtabant q̄bꝫ ſomnū inter
rūpens ſepeſepiꝰ legebat. Erat ibidem ⁊ orato/
riū vbi iugiter orōni ⁊ cōtēplationi inſiſtebat.
Un̄ patet: q̄a nullū fuit tp̄s: nulla hora: q̄n vtili
ter in dei ſeruitio ⁊ merito adq̄rendo nō foret oc
cupata. Tertia regula ſctitatis eſt in aduerſo/
rū patiēti toleratōe. ideo Dauid Inq̄re inq̄t pa/
cem. Nimirū patientia opus ꝑfectū habꝫ Iac. j.
Grego. Sctōꝝ inq̄t vita in aduerſis tolerādis
agnoſcit̄: dicēte ſaluatore. In patiētia vr̄a poſſi/
debitis aīas veſtras Lu. xxj. Iſtā regulaȝ btā
virgo in ſūmo ſeruauit. qm̄ eius patiētia inuin/
cibilis fuit ab oī malo. Et q̄s cogitare ſufficiat
quantū doloꝛem patientiſſime ſuſtinuit cū filiū
ſuum pati vidit: cuiꝰ doloꝛis gladiꝰ aīam eius
ꝑtranſiuit. Nullū vel minimū verbū impatiētie

in ea reperit̄: que tñ vnica orōne crucifixores ſui
nati ſi libuiſſet occidi a deo meruiſſet. Si q̄ppe
Helias vno v̄bo meruit. vt deſcēdat ignis de ce
lo: ⁊ conſumat q̄nquagenariū ꝑncipē ⁊ q̄nqua/
ginta qui cū eo erant: multo fortiꝰ id efficere po
tuiſſet dī mr̄. Sed q̄d? perlege euangelicā hiſto
riam ⁊ certe nō inuenies eā de paſſione ſui vnici
reclamantē: non vindictā exorantē: non vel mini
mo verbo contradicentē. O feliciſſima patientia
Marie ⁊ eius filij dn̄i Jeſu q̄ vita data eſt mun
do. O pctōꝛ ſtude imitari eoꝝ pietatem: miticta/
tem: patientiā: ⁊ manſuetudinē. Cap. II.

Accipiamus ſcd̄m ternariū in q̄ ponunt̄
alie tres regule ſctitatꝭ ſm̄ Chryſ. dicē/
tem ſup Matt. Tria ſunt inq̄t potiſſi/
ma q̄ ſctificant hoīes. ſ. cordis mundicia: bono/
rū operū affluentia factoꝝ vicȝ intētione recta: ⁊
ſpūſſancti ꝑſentia. Ut igit̄ ad premiſſa tria conti
nuemꝰ. Quarta regula ſctitatis cōſiſtit in mū
da ⁊ ſancta affectōe cordis atq̄ȝ cogitatōe: vt ſc̄ȝ
ad nil terrenū: nil carnale afficiat̄ coꝛ vbi macule
tur coꝝ amoꝛe. Hinc ꝑ Eſaiā dn̄s clamat cap. j.
Lauamini mūdi eſtote. auferte malū cogitatio/
nū veſtraꝝ ab oculis meis. Et ſaluatoꝛ mundo
cordi viſionē dei repromittit dicēs Mat. v. Btī
mundo corde. qm̄ ipſi deum videbunt. Et ratio
huiꝰ regule dicit̄ ab Auguſtino ſuper canonica
Joh. cap. j. dicēte. Talis eſt vnuſquiſq̄ȝ qualia
amat. ſi terrā diligis terra es. ſi celū diligis celuȝ
es. ſi deū diligis nō ego tibi dico: q̄ꝛ deus es. ſed
audi Pſ. dicentē. Ego dixi dij eſtis ⁊c. Hec ille.
Hanc regulā q̄nta diligentia obſeruauerit vir
go bn̄dicta claret ex v̄bis Ambroſij li. de v̄gini/
tate dicētis. Quid inq̄t nobiliꝰ matre dei. q̄d ſplē
didius ea quā elegit ſplēdoꝛ eternꝰ. q̄d caſtiꝰ ea
que chr̄m ſine ꝯtagione generauit: virgo erat nō
ſolū corꝑe. ſed ⁊ mēte q̄ nullo doli ambitu ſince
rū vulneraret affectū. Et iteꝝ. Cogitatōnes inq̄t
bonas v̄go ſꝑ comites habebat: corde erat hu/
milis: verbo grauis: aīo prudens: loq̄ndi par/
cioꝛ: legēdi ſtudioſioꝛ: intēta operi. verecūda ſer/
mone: deū ſolū ſolita q̄rere: ⁊ pleno corde dilige
re ⁊c. Deniq̄ȝ hoc idem claret ex v̄bis Anſ. dicen/
tis ꝙ ipa tanta puritate nitebat qua maioꝛ ſub
deo neq̄t intelligi. Quinta regula ſctitatis eſt
in recta ⁊ ſancta intentōe qua hō regulat̄ in omi
bona opatione. Nam vt dr̄ ſaluatoꝛ Mathei.
vj. Lucerna corꝑis tui eſt oculus tuꝰ. ſi oculus
tuus ſimplex fuerit non habens aliquā partem
tenebraꝝ: erit corpus tuū lucidū totum. Si v̄o
oculꝰ. ſ. intentōis nequā fuerit: totū corpꝰ tuū. ſ.
totum opꝰ tenebroſum erit. Huic cōcordant iu
ra. xlj. diſtin. Quiſquis Et. xxiij. q. v. Cū miniſter
vbi habet̄ ꝙ intencio finē opi imponit. Intencio
nem em̄ reſpicit deus plus q̄ȝ actꝰ. v. q. v. Si ſa/
cerdotibꝫ ⁊c. Et huic concordat verbum phi. ij.
Topicoꝝ. vbi dicit. Cuius finis bonus ipſum
quoq̄ȝ bonū: ⁊ cuiꝰ finis malus ipm̄ quoq̄ȝ ma

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

lum. ꝓpterea apl'us hortat̃ dicẽs. Oia in laudẽ dei faciat̃. Hãc regulã ỽgo btã ſũmopꝫe obſeruauit vt in oĩbꝫ nõ niſi dei honorẽ q̃reret ⁊ intẽderet: vt de ea teſtat̃ Amb. li. de virgitate. Sexta regula ſctitatis eſt in gr̃e ſpũſſcti influitione. Sine nanq̃ gr̃a ſpũſſcti nõ habet hõ ſctificari: teſte apl'o. ij. Cor. iij. Nõ ꝙ ſufficiẽtes ſim⁹ aliq̃d cogitare a nobis tanq̃ ex nob: ſed oĩs nr̃a ſufficientia ex deo eſt. Nimiꝝ vt habet̃ de cõſe. di. iiij. Placuit. Sine gr̃a dei nec mãdata eius impleri pñt. Et di. xl. Quelibet. dicit̃ ꝙ ſine gr̃a dei q̃ntũlibet occulta loca animã ſaluare non pñt. q: ⁊ de ꝑadiſo hõ ⁊ de celo angelus peccãdo cecidit. Hec ibi. Qui vult ergo ſctũs eſſe ſtudeat in hac vita dei gratiã ſollicite q̃rere ⁊ cõſeruare. Hãc regulã ſũma ꝑeminentia in ſua tota vita ſeruauit btã virgo: q: gr̃a plena fuit.

### Capitulũ. III.

Tertiũ ternariũ regulaꝝ ꝓducam⁹: in q̃ ſupaddunt̃ tres alie regule ſctitatis ꝫm deuotũ Bernꝫ. quarũ ꝑma ⁊ in ordĩe ad ꝑmiſſa. Septima regula ſctitatis eſt in ſobrij victus obſeruatiõe. Nã vt habet̃ de cõſe. diſt. v. c. Ne tales. Gula nil celeſte ꝑmittit homĩ cogitare. Propt̃ea ſaluator Lu. xxj. dicit. Attendite vobis ne forte grauent̃ corda vr̃a crapula ⁊ ebrietate. Hinc ⁊ Petrus. j. cano. c. v. clamat dicẽs. Frẽs ſobrij eſtote ⁊ vigilate q: aduerſarius veſter diabol⁹ ⁊c̃. Hãc certe regulã ſobrietatis obſeruauit btã ỽgo in oĩbꝫ tẽperatiſſime ſe habẽdo: vt teſtat̃ Amb. li. de ỽgitate dicẽs ſic. Quid exeq̃r ciboꝝ parſimoniã: officioꝝ redũdantiã. alteꝝ vltra naturã ſupfuiſſe. ſ. in Maria. alteꝝ ipſi pene nature defuiſſe. illic nulla intermiſſa tẽpora. hic ꝯtinuata ieiunio dies. ⁊ ſiq̃ñ ſucceſſiſſet reficiẽdi volũtas: cibꝰ plerũq̃ obui⁹ fuit qui mortẽ arceret: nõ qui delitias miſtraret. Dormire illi nõ ꝑus cupiditas q̃ꝫ neceſſitas fuit: ⁊ tñ cũ q̃ſceebat corpus: vigilabat anim⁹: q̃ freq̃nter ĩ ſomnis aut lecta repetit aut ſomno iterrupto cõtinuat: aut diſpoſita gerit: aut gerẽda ꝓnũciat. Hec Amb. Ecce q̃nta ſobrietas Marie. Octaua regula ſctitatis eſt in charitatꝫ affectione. Charitas eñ eſt ſine q̃ nec fides: nec iuſticia: nec bona opa valẽt ad ſalutẽ: vt patꝫ. xxiij. q. j. vbi. ⁊ c. O di. ⁊ c. ſe. ⁊ de pe. di. v. §. Itẽ hec eſt charitas. Vñ apl's. j. Cor. xiij. Si linguis hominũ loq̃r ⁊ angeloꝝ: charitatẽ aũt nõ habeam fact⁹ ſum velut es ſonãs. Propt̃ea Bernꝫ. ſup Cañ. ſer. xxvij. dicit. Quãtitas ſctitatis vicꝫ cuiuſq̃ꝫ aĩe mẽſurat̃ ad mẽſurã charitatis quã habet: vt q̃ multũ habꝫ charitatꝫ magna: q̃ paruꝫ ꝑua: q̃ nil nihil ſit. Hãc regulã bñdicta ỽgo in ſũmo ſuauit: q: ſũme deũ dilexit ⁊ primũ propter deũ: vt patebit infra cũ de ei⁹ charitate agetur. ğ ſumme ſctiſſima fuit. Nona regula ſãctitatis eſt in humilitatis fundatiõe: iuxta illõ Lu. xvij. Cum feceritis oia que ꝑcepta ſunt vobis: dicite. ſerui inutiles ſum⁹. Et iterũ cap. xviij. Qui ſe hũiliat exaltabit̃. Hugo de hũilitate. Ille maior in celo: q̃ hũilior in mũdo. Beata ỽgo ſũme humilis fuit ꝓpter qð ⁊ ſũme deo placuit: vt mater fieret dei: ipſa teſte Lu. j. Reſpexit hũilitatem ancille ſue ⁊c̃.

### Capitulũ. IIII.

Accipe vltimũ ternariũ regulaꝝ ſctitatis ꝫm Rich. Bernꝫ. Greg⁹. atq̃ꝫ alios ſãctos doctores. quaꝝ ꝑma ⁊ in ordine ad ꝑdicta. Decia regula ẽ in primoꝝ edificatõe Rich. Oportet inq̃t hoĩem ſanctũ etiam ad eos qui foris ſũt debite eſſe ordinatũ: vt iuxta dictũ apoſtoli. Prouideam⁹ bona nõ ſoluꝫ corã deo ſed etiã corã hoĩbꝫ. Rho. xij. ſ. hñtes edificatoriam cõuerſatiõꝫ Nam vt habet̃. v. q. vij. §. Paulus. parũ eſt in ſe a fide nõ exorbitare: ⁊ alios exemplo vel verbo eijcere. Et iterũ. xj. q. iij. ꝑ̃apue dicit Greg. Tot mortibꝫ digni ſunt prelati: etiãꝫ ſi ꝑuerſa nunq̃ꝫ perpetrãt: quot ad ſubditos ꝑ̃uitatis exẽpla trãſmittũt. Hinc Ariſt. v. Eth. dicit Optimus eſt q̃ non ſolũ ad ſe vtitur ỽtute. ſed etiã ad alios Peſſim⁹ aũt eſt q̃ non ſolũ vtit̃ malicia ad ſe. ſed etiã ad alios. Hec ille. Bñdicta virgo nunq̃ꝫ aliquẽ ſcandalizauit: q: vt dr̃ Amb. li. de virginitate. Nil inq̃t toruũ in oculis Marie. nil ꝓcax in verbis. nil in actu verecundũ. non geſtus fractior. nõ ingreſſus ſolutior. nõ vox petulantior. vt ipſa corporis ſpecies ſimulacrũ fuerit mentis ⁊ figura ꝓbitatis. Itẽ Hiero. in ep'la ad Cromaciũ ⁊ Helindũ dicit. Hanc iraſcentẽ nullus vidit. hanc maledicentẽ nullus audiuit: omnis actus ⁊ oĩs ſmo eius: ita erat gratia plenus: vt cog̃ſceret̃ in eius lingua de⁹. Denĩq̃ꝫ ipſa proxios edificauit ⁊ eis ꝓfuit informatione boni: q: vt dicit Hiero. vbi s̃. ſollicita erat Maria circa ſocias ſuas: ne aliq̃ ex eis in aliquo ſermone peccaſſet: ne aliq̃ iniurioſa aut ſupba circa parem ſuã exiſteret. ſine intermiſſione bñdicebat deũ. Et ne forte in ſalutatõe ſua a laudibus dei tolleret̃: ſiq̃s eam ſalutabat: illa ꝓ ſalute deo gratias rñdebat. Ab ipſa nempe ꝑmũ ꝓceſſit: vt dum ſalutant̃ hoĩes ſcti: deo gr̃as dicant. Quotidie videbant̃ angeli loq̃ ei: ⁊ q̃ſi chariſſimi obtemperabãt ei. Hec Hiero. Preterea eius vita inclyta cunctas illuſtrat eccl'ias. ſ. exemplo edificatõis: vt canit eccl'ia. Vndecima regula ſctitatis eſt in omniũ virtutũ decoratõne. Vñ Bernꝫ. Quãtũlibet te affligas: q̃ntũlibet te crucies nõ dabit tibi copiã ſui dñs virtutũ: niſi fueris ỽtutibꝫ adornatus. Hec ille. Hinc apl's. j. Cor. iiij. Non in ſmõe eſt regnũ dei. ſed in ỽtute: nec ſufficit vnam tñ habere ỽtutum. ſed oẽs vt oĩa vicia impugnẽtur. Sicut eñ miles mũdi non eſt expeditus: niſi omnia arma habeat: ita nec miles chriſti ſi aliqua virtus ſibi defuerit. Vnde Gregorius. xij. libro morali. Vna inquit virtus ſine alijs: aut oĩno nulla eſt: aut imperfecta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Et Tulliꝰ in .ij. de tuſculanis queſtionibꝰ dicit.
Si vnā virtutē cōfeſſus es te nō habere: nullā
neceſſe eſt te habiturū. Hec ille. Bñdicta virgo
ſuper oēs excellentiſſime oībꝰ ꝟtutibꝰ pollebat. vt
oñdetur pte. ij. huiꝰ libri. ergo ipſa ſctiſſima erat
Piero. Si diligēter attendas: nil eſt ꝟtutis: nil
ſplēdoris: nil grē: nil candoris qꝺ non ſplēdeat
in maria. Duodecima regula ſanctitatꝭ in fina
li pſeueratōe: qꝛ vt dicit Greg. j. li. moral. Incaſ/
ſum bonū opꝰ agit̄ ſi añ finē vite deſerat̄. nō eñ
ꝙ incipit. ſed ꝙ pſeuerauerit hic ſaluꝰ erit Mat.
xviij. Vñ Bern. in epl'a. cxxviij. dt. Sola eſt pſe
uerantia cui eternū promitt̄ pmiū: ſine ꝙ nemo
videbit deū. Benedicta ꝟgo maria inflexibiliter
vſq; ad mortē adheſit bono: ꝛ pſeuerauit in ple
nitudine grē. ꝗ claret ꝙ ipſa ſctiſſima fuerit. O
itaq; fidelis aīa ſtude imitari Mariā ſi vis ſcti/
ficari: ſi vis cōregnare ei. ne dimittas legem vite
eiꝰ vt addat̄ grā tuo capiti. Pro ſimpliciū aūt
ꝛ ruraliū auditoꝝ iformatōe ꝛ edificatōe libeat
finaliter poni hic vnū exēplū qꝺ partim accipio
ex libro qui dr̄ Speculū virginis Marie: par/
tim vero ex pmptuario diſcipli: exemplo. xxij. in
hoc opere cōbinatū. Miraculū. Erat nāq; ꝗ
dam deuota pſona ꝗ deuotōe ſedula orabat ꝟ/
ginem Mariā vt ſibi reuelaret ꝗliter ipſa in ſua
vita deū orabat: ꝛ illi placere ſtudebat atq; grati
am ſūmam corā eo adquirebat: ꝗtinꝰ imitando
eam mereret̄ ꝛ ipſa beate ꝟgini conformata gra
tiā magnā vtcūq; corā deo iuenire. Quadam ꝗ
vice btā virgo ſibi apparēs reuelauit di. Cū inqͣ
eſſem adhuc tenera in etate: ſurgebā in noctꝭ me/
dio ꝛ in tēplo pcūbens: iſta orabā. Primo vt
oīpotens deus daret mihi grām ꝙ eius p̄cepta
per oīa implere poſſim: ꝛ in oībꝰ eius volūtatē
facere: atq; amare oīa que ipe amat ꝛ odire oīa ꝗ
odit. Scdo petebā ꝙ deū ſuper oīa diligerē
ꝛ pximū ſm ſuā voluntatē amarē. ſciebā eñ ꝙ
ab amore eius oīs gratia deſcēderet: nec aliqua
virtus ſine eius dilectōe ineſſe poſſet. Tertio
petebā hūilitatē: patientiā benignitatē: caſtitatē
ꝛ omnes ꝟtutes: vt ſibi placere magis poſſem.
Quarto petebā vt mererer videre tp̄s in ꝗ vir
go filiū dei p generis hūani redemptōe naſcitu/
rum parere haberet ꝛ portare: vt poſſem ei ſerui
re ac chriſtū verum dei filiū in eius gremio ado/
rare. Hoc intellige añ chriſti incarnationē ex ca
ꝗ: qꝛ pter hūilitatē nimiā ipſa b. Maria nō
reputabat ſe eſſe dignā ad id vt ipſa foret illa dei
genitrix ꝟgo. Poſtea autē ꝙ chriſtū peperit id
nō petiuit. ſed grās egit: qꝛ ipſa mat̄ dei fieri me
ruit ꝗ p paſſionē mundū redemit. Inſup pete
bam inqͣ vt vniuerſū ppl'm ad ſuū ſeruitiū cō/
ſeruaret. Et addidit ꝙ omnē gratiā ꝛ virtutē exce
pta grā ſctificatōis nō ſine inqͣ labore adꝗſiui:
ſed cōtinua oratiōe ꝛ ardenti deſiderio: pfunda
hūilitate ꝛ deuotōe: multiſq; lachrymis ac mul/
ta corpis afflictōe pfecte poſſedi. O igit̄ deuota

aīa ſtude premiſſis modis ꝛ tu deū exorare ſi
vis in grā pficere: pter id ſolū ꝙ p eius ꝗta peti
tione ſtude grās deo agere ꝛ orare: vt ipſam vir
ginē bñdictā in celo valeas cū filio eiꝰ glorioſa
viſiōe intueri. Itē paupercula quedā ambas ſu
as filias in obſequiū ꝛ imitatōem beate ꝟginis
in his pretactꝭ ꝛ aliꝭ deuotōibꝰ ſimilibus ab in
fantia diligent̄ tradidit: ꝛ corā altari btē ꝟginis
eas ducens recōmendauit di. O dña has duas
filias meas mūdas ꝛ te imitātes offero: tu ſis ea
rū mater ꝛ cōſeruatrix: quaꝝ etiā manus mani/
bus imaginis btē ꝟginis cōiunxit in argumen
tū deuotōis. Quibꝰ mox domū remeātibꝰ: ecce
iuuenis ſplēdido vultu ꝛ habitu apparuit p fo
ribꝰ: ꝛ centū libras eis dedit ꝗbꝰ ſuā paupertatē p
ꝗtidiano victu ſubleuarēt. E cōtra emuli vicini
concitati: cōtra eas famare ceperūt ꝙ eſſent male
et amaſiarū meretricio victitarēt. Ille ſe recōmē/
darūt beate ꝟgini: vt tanꝗ pia eaꝝ mater eis in
iſta infamia ſubueniret. Vñ in quadā ſolennita
te b. Marie in preſentia oīm in eccl'ia angelus
chriſti deſcendit de celo ꝛ ſerta floꝝ eis dedit di.
Hec ſerta mr̄ veſtra btā virgo Maria in argu
mentū veſtre ꝟginitatꝭ trāſmiſit. ꝛ ſic ab ifamia
liberate ſunt. Inſup pinceps illiꝰ terre ꝛ oīs po/
pulus miraclo ſtupefacti: duo monaſteria ſan/
ctimonialiū conſtruxerūt in honorē btē Marie ꝛ
magnifice dotauerūt. ꝛ eaſdem duas ſorores illꝭ
monaſterijs duobꝰ prefecerūt: vbi multe ꝟgines
degētes ꝛ vitam Marie btē imitātes ac deuoti
one: ad celeſtia regna feliciter migrarūt. Ecce igr̄
ꝗpium ꝛ ſctm̄ eſt imitari beatā virginē in caſti/
tate ꝛ orōne deuota: vt in eiſdē ſanctꝭ opibus p/
ficias ꝗbꝰ ipſa pfecit: in eis ꝟtutibꝰ deo placeas
ꝛ ſine fine cū ipſa in celo gaudeas Amen.

Pars ſecunda libri ſeptimi de ꝟtutum precel
ſitudine qua beata Maria pfulſit ſuper omēs
creaturas in omni perfectōe actionis ꝛ contem/
plationis.

Multe filie con/
gregauerūt diuitias: tu ſupergreſſa
es vniuerſas Prouer. vl. c. Quibꝰ
in ꝟbis bñdicta ꝟgo Maria dei
mater digniſſima cōmendat̄. Primo ꝗdē a di
uitiaꝝ ſpūaliū opulentia: ꝗs diuitias mlte filie
id eſt ſancte aīe congregauerūt. Sunt nāq; di/
uitie ꝗdā tpales que dant̄ bonis ꝛ malis. Bo/
nis ad ſuſtentatōem ꝛ meritoꝝ cumulatōē per
eaꝝ pro chro erogatōem: vt dt Ambroſiꝰ. Ma/
lis vero ad remuneratōē. Iuxta illꝺ Mat. vj.
Receperunt mercedē ſuam. Alie ꝟo ſūt diuitie
ſpūales que ſunt dona ꝛ virtutes: gratia ꝛ bo/
norū operum merita ac glā. que poſſeſſores ſu
os vere faciūt diuites Gregꝰ. Si diuitias ama
tis ꝛ vere fratres diuites eſſe cupitis: veras di/
uitias amate. Primas ſancti contēnunt diui

tias.i.tp̄ales. Sc̄das vero cōgregare toto cona
mine ſatagunt: de q̄bꝫ verba paſſumpta dicunt.
Multe filie cōgregauerūt diuitias: quas ⁊ bn̄⸗
dicta Maria ſtudio cōtinuo in vita cōgregauit
¶ Sc̄do quoq̧ cōmendat̄ a ſingulari excellētia:
cum ſubdit̄. Tu ſupgreſſa es vniuerſas. Vere
ip̄a v̄go b̄tiſſima ſupgreſſa eſt vniuerſas donis
⁊ virtutibꝫ: dignitate: meritis: gr̄a: ⁊ gl̄ia: vtpo⸗
te regina ⁊ dn̄a oim̄ angeloꝝ ⁊ hoim̄: mater gr̄e
⁊ miſc̄die: virgo v̄ginū: in quā teſte angelo Lu.j.
ſpiritusſc̄tūs ſuperuenit .i. pre alijs venit: ⁊ vir⸗
tus altiſſimi eā totam obūbrauit. Locuturi ita
q̧ ad p̄ſens de excellētia meritorū ⁊ v̄tutū beate
Marie q̄s ī vita ſumma ꝑfectōis altitudine ha
buit tria myſteria declarabimꝰ.
¶ Primū: de excellētia externe actōis.
¶ Sc̄m: de excellētia interne cōtemplatōis.
¶ Tertiū: de excellētia virtuoſe ꝑfectōis.

¶ Articulus p̄mus de excellentia meritorie ope
rationis externe: ſiue vite actiue beate virginis
Marie.

Circa primū de
vita actiua Marie ⁊ excellentia ope
ratiōis eius externe querit̄ Utrum
bn̄dicta virgo Maria p̄cellat oim̄
alioꝝ ſc̄toꝝ merita in oꝑatione externa: ſiue vita
actiua. ¶ Nō argui pōt ꝙ nō: q̄ ipſa fuit ꝯtēpla
tioni diuine totaliter dedita. iuxta illud qd̄ de ea
canit̄ ab ecc̄lia Maria optimā partem elegit. id
eſt vitā contēplatiuā: que nō auferet̄ ab ea in eter⸗
num. ḡ vel pauca vel nulla potuit facere oꝑa ex⸗
teriora: cū illa impedire habeāt q̄etudinē mentꝭ.
Et intellectꝰ ad interiora ſe cōuertēs (cū totaliter
ſe cōuertit q̄cūq̧ diuertit. vt dr̄.iij. de aīa) nō po⸗
tuit ad exteriora oꝑa intēdere. ⁊ ꝑ cōſeq̄ns mino
ris eſt meriti reſpc̄u coꝝ ſanctoꝝ q̄ arduiſſima
exercitia corꝑalia legūtur feciſſe. Item merces ⁊
meritū debetur labori: ſc̄m illud ap̄li.j. Cor.iij.
Unuſq̄ſq̧ ꝓpriam mercedē accipiet ſc̄m laborē
ſuū. Ex q̄ ſequit̄ ꝙ q̄nto q̄s laborioſius ⁊ magꝭ
arduū opus facit: tanto magꝭ eſt meritoriū. ſed
cōperiunt̄ multi fuiſſe ſc̄ti q̄ oꝑati ſūt in vita mi⸗
randa ⁊ arduiſſima opera ac laborioſiſſima. vt
verbi gr̄a: ſanctꝰ Paulinus ep̄s fecit tale maxi⸗
mū opus ꝙ ſeip̄m vēdidit ꝓ filio cuiuſdā vidue
in ſeruitutē. ꝓut teſtat̄ Hiero.li. de virꝭ illuſtribꝫ
Item ſanctꝰ Franci. vlceroſas plagas leproſoꝝ
oſculabat̄ ⁊ ſaniē educens ⁊ extergens eis mul⸗
timode deſeruiebat. Sed ⁊ b̄tā Elizabeth ſiſia
faciebat ⁊ ꝓprio velo capitis extergebat: ad ſeceſ⸗
ſum debiles debilior in vlnis ducebat. Itē ſan⸗
ctus Iohānes baptiſta nunq̄ carnes comedit:
aut piſces: nec vinū aut ſiceram bibit: in deſerto
vitam auſteriſſimā ꝑ oēm modū duxit: adeo ꝙ
nec panē mādu caſſe legit̄: ſed mel ſilueſtre ⁊ lo⸗
cuſtas tm̄. Cōſimilia plura maxia legunt̄ facta
a ſc̄tis: cū tale q̄d nō cōperiat̄ de b̄tā v̄gine ſcri⸗
ptū: nō videt̄ quō eiꝰ actiōis vl' vite actiue meri
tū p̄cellat alioꝝ ſc̄toꝝ merita. Sic igit̄ alij p̄cel
lere videt̄ ī oꝑibꝫ miſc̄die ⁊ vite auſteritate b̄tā
Mariā: ita ⁊ in merito oꝑatōis. ¶ Sed ꝯtra ē
qd̄ dicit Damaſcenꝰ: q̄ ip̄a a nullo illuſtriū ſu
ꝑat̄ vel vincit̄. ſi ḡ vinceret̄ in merito vinceret̄ ⁊
in p̄mio. q̄ vt dicit Iſiō.li. de ſūmo bono: ⁊ cōit̄
doctores: meritū correſp̄ndet p̄mio. Rn̄detur igit̄
ponēdo ꝯcluſionē: ꝙ beata v̄go Maria excel⸗
lit oim̄ ſc̄toꝝ merita in oꝑatione boni ⁊ actiua
vita. Et hoc oſ̄ndit̄ ſc̄m Alber. ſup Miſſus eſt. c.
lxxxviij. quadrupliciter. ¶ Primo ex ratiōe mū
dicie. q̄ tanto oꝑa bona ſūt magis meritoria et
deo acceptiora q̄nto ſunt ab inq̄namēto peccati
elōgata ⁊ mūda. Uñ Pſ̄. Sc̄dm puritatē ma
nuū meaꝝ.i. oꝑationū bonaꝝ: retribuet mihi. ⁊
iteꝝ. Ambulās ī via imaculata h̄ mihi miſtrabat
Quo cōtra ꝑ Eſa. c.j. dn̄s dicit ad malos. Nō ac
cipiā inq̄t de manu vr̄a ſacrificiū: manus eniꝫ
veſtre plene ſunt ſanguie.i. pc̄tō. Sed q̄ ip̄a ſo
la virgo b̄tā fuit inter viatores q̄ nūq̄ ſua oꝑa
tius quaternarius indifferẽter ſe habet vel tene-
ri põt: vt claret in ſubſcripta quaternarioꝝ diuiſi
one.

¶ Primũ ꝑuilegiũ nobiliſſime generatiõis.
¶ Scđm euãgelice cõmendationis
¶ Tertiũ digniſſime electionis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# Articulus III

Quartū virginee gloꝛiationis.
Quintū priuilegiū ſingulariſſime dilectionis.
Sextū ſanctiſſime cōuerſationis.
Septimū meritoꝛie auxiliationis.
Octauū ꝑmaxime honoꝛationis.
Nonum ꝑuilegiū ꝑcelſe gloꝛificationis.
Decimū dulciſſime cōſolationis.
Undecimū angelice frequentationis.
Duodecimū potiſſime impetrationis.

Capitulum. I.

PRima itaq3 ſtella ſeu ꝑuilegiū ſanctitat
Joſeph btiſſimi dicit̄ nobiliſſime genera
tionis. qꝛ erat de domo Dauid ⁊ genera-
tione nobiliſſima: ex q̄ chꝛ̄s deſcēſur⁹ erat ſcḋm car
nē ſicut ꝑ ꝓphetas fuerat ꝑdicatū. Nimirū ad
nobilitatē ſummā ei⁹ ꝑtinet ꝙ ipſe Joſeph fuit d̄
eadē tribu ⁊ familia cū Maria matre dn̄i ꝟgine
nobiliſſima. Un̄ ⁊ genealogia chꝛ̄i deſcribit̄ per
Joſeph ab euāgeliſtis: licet Joſeph fuerit penit⁹
alienus a cōceptione chꝛ̄i qui de ſola virgine na-
tus eſt et cōceptus a ſpūſancto. Nihilomin⁹ per
genealogiā Joſeph deſcriptā Matth. j. ⁊ Lu. iij
ſufficiēter ꝓbat̄ ꝙ Jeſus Marie filius fuerit de
ſtirpe Dauid: vt dicit Lyra. qꝛ Joſeph fuit de ea-
dē tribu cū Maria. quod ꝓbat̄ ꝑ hoc. qꝛ ſcḋm le-
gem mulier ad quā ꝑtinebat hereditas paterna
nō poterat ꝯtrahere matrimoniū niſi cū viro ſue
trib⁹ ne fieret confuſio ſoꝛtiū. vt habet̄ dicta ſn̄ia
Nūe. xxxvj. Btā aūt ꝟgo Maria fuit vnica Jo-
achim patri ſuo ſuccedens ei in hereditate. et ideo
ex lege cogebat̄ viro ſue trib⁹ nubere. ꝓpter hoc ⁊
iuit cum Joſeph in Bethleem ciuitatē Dauid vt
ꝓfiteret̄ cum eo Lu. iij. Hec Nicola⁹ de Lyra ſu-
ꝑ Matth. Si aūt vis ſcire moduȝ ꝑ quē fuerūt
de eadeȝ tribu ⁊ familia. ſ. Dauid. Damaſcen⁹ li.
iiij. ca. vj. deſcribit: dicēs beatā Mariā deſcēdiſ-
ſe a Dauid ꝑ Nathan. Joſeph aūt ꝑ Salomo-
nem. Dauid q̄ppe inter ceteros habuit duos fili-
os. ſ. Nathan ꝓphetā ⁊ Salomonē ſapiētiſſimū
regem: vt patet. j. Paral. iij. Scḋm aūt ꝙ refert
Lyra in poſtilla ſuꝑ Lu. licet oēs ſapiētes hebre
oꝛū cōcoꝛditer tenerēt ex ſcꝑturis chꝛ̄m debere de-
ſcendere de Dauid: Alij m̄ eoꝝ opinabant̄ ip̄m
deſcēdere a Dauid ꝑ Nathan ꝓpter excellentiam
ſcitatis ⁊ ꝓphetie ipſius Nathan. Alij ꝟo ꝑ Sa
lomonē ꝓpter dignitatē regiā ⁊ excellentiā ſapien
tie. ſcḋm veritatē aūt deſcēdit ꝑ vtrūq3. aliter tamē.
qꝛ ꝑ Salomonē deſcēdit ſcḋm lineā naturalis ge-
neratiōis. ꝑ Nathan ꝟo ſcḋm lineā generatōis le-
galis. qꝛ Joſeph ſponſus btē ꝟginis fuit filius
Heli adoptiu⁹ ſeu legalis ſcḋm Hiero. Quod vt
magis intelligat̄ Nota ſcḋm Johannē Damaſc. ꝙ
ꝑ catenam Nathan ꝓphete filij Dauid deſcendit
Melchi: a q̄ Melchi q̄rto gradu deſcēdit ⁊ di-
ſtat in recta linea ipſe Joſeph: vt patet Lu. iij. vn̄
Melchi eſt ipſi Joſeph abau⁹ vulgari⁹. i. auus
aui. Iſte Melchi habuit fratrē noīe Pāthera: q̄
genuit Barpāthera. et hic genuit Joachim q̄ ge-
nuit btām Mariā. Per catenā aūt ipſius Sa-
lomonis filij Dauid natural̄r deſcēdit Mathan
q̄ fuit auus ſancti ſponſi Joſeph Matth. j. Iſte
Mathan habuit vxoꝛem ex q̄ genuit Jacob pa
trē Joſeph: vt patet Matth. j. Defuncto autem
Mathā: ipe Melchi de q̄ antea meminim⁹. ſ. ex
catena Nathan ꝓphete: frater vicȝ Panthere nu-
pſit vxoꝛi Mathan: ipſi matri vicȝ Jacob. et ge-
nuit ex ea Elij. Facti ſunt ergo fratres vterini Ja
cob ⁊ Elij: ſed de duob⁹ fratrib⁹ a Dauid diuer-
ſimode deſcēdentib⁹. quia Jacob a Mathan ex
tribu vl̄ catena Salomonis. Elij ꝟo a Melchi
ex tribu ſeu catena Nathan. Elij aūt accepta vxo
re moꝛtuus eſt ſine ſemine. Et idcirco Jacob fra
ter eius accepit vxoꝛem fratris ſui vt ei ſuſcitaret
ſemen: et genuit Joſeph. Ita ḡ ioſeph fuit filius
naturalis ipſius Jacob: ꝑut dicit Matth. j. ca.
Fuit etiā idem Joſeph filius legalis Elij. quia fi-
lius qui naſcebat̄ ex tali vxoꝛe erat q̄dem ſcḋm na
turā generantis: ſcḋm aūt legem defuncti. Et ſic di
cit Lu. ca. iij. Joſeph fuiſſe filium Elij. Hec ſcḋm
Johannē Damaſc. Deniq3 ſcḋm Nico. de Lyra in
poſtilla ſuꝑ Matth. hec ꝯtrarietas ꝙ Matthe
us dicit: Mathā genuit Jacob: ⁊ Jacob genu-
it ioſeph. Lucas ꝟo dicit: Mathath genuit Elij
et Elij genuit Joſeph: ſic ſoluitur ꝙ Mathath
⁊ Mathan ambo deſcēderūt a Dauid. ſed Ma
thath fuit filius Dauid adoptiu⁹. Mathan au-
tem ꝑ Salomonē. Et iſti duo Mathan ⁊ Ma
thath habuerunt vnam vxoꝛem ſucceſſiue q̄ di-
cta eſt Jeſca: et iſta a Mathan cōcepit Jacob. et
a Mathath Elij. et ſic Jacob ⁊ Elij fuerūt fratres
vterini: vt dictum eſt. Ex his omnib⁹ apte mon-
ſtrat̄ nobilitas tam beate virginis q̄3 eius ſpon-
ſi Joſeph ſanctiſſimi. quia fuerunt ꝓpinqui ſi be
ne calcularet̄: foꝛte in ſexto gradu conſanguinita
tis: quo gradu nō ꝓhibet̄ ſcḋm iura etiā matrimo
niū contrahēdi. Et q̄dē quāta ſit eoꝝ nobilitas
generis: patet. quia Mattheus ponit tres qua-
tordenas generationes ab Abraam vſq3 ad chꝛi
ſtum: in quibus deſcribit̄ generatio a quattuoꝛ-
decim patriarchis ⁊ q̄ttuoꝛdecim regib⁹ et q̄ttu-
oꝛdecim ducibus: ſcḋm ꝙ dicit Nicola⁹ de Lyra.
O igit̄ q̄3 nobiliſſim⁹ eſt iſte ſpōſus q̄ vtiq3 eſt ꝓ-
pinqu⁹ multoꝝ ſctōꝝ iſti⁹ genealogie: imo ⁊ Jo
hannis baptiſte ⁊ plurimoꝝ apl̄oꝝ fratrū chꝛ̄i.
Inſuꝑ ⁊ matris dei atq3 ipſi⁹ chꝛ̄i ꝑ matreȝ qḋ eſt
ſummū. Sicq3 ꝓpinq̄tate cōiunctus eſt deo pa-
tri ⁊ filio ⁊ ſpūiſancto: per hoc ꝙ chꝛiſtus dei fi-
lius carnē aſſumpſit ex ei⁹ genealogia.

Capitulum. II.

SEcunda ſtella eſt ꝑuilegiū euangelice cō-
mēdatiōis. quia in euāgelio ipſe Joſeph
cōmendat̄ iuſt⁹ fuiſſe. Matth. j. Joſeph
cum eſſet iuſtus nolebat traducere ⁊c. quo ver-
bo ipſe cōmendatur a perfecta virtuoſitate. quia
vt teſtantur doctoꝛes catholici precipue in tali-
bus ſcriptis accipit̄ in q̄ꝝtum iuſticia virtus eſt

generalis oēs ꝟtutes cōpꝛehēdēs. Vñ Macrobius li. de ꝟtutib⁊ dicit: ꝙ ex iuſticia ꝓcedūt amicicia: innocētia: cōcoꝛdia: pietas: religio. i. cultꝰ diuinus: affectus. i. dilectio fraterna ⁊ hūanitas: q̄ oīa credunt̄ ꝑfectiſſime foꝛe in Joſeph. ꝓpter qđ merito iuſtus noīatꝰ eſt. q2 vt Tullius li. de officijs ait Juſticia virtutis ſplendoꝛ eſt maximꝰ ex q̄ boni viri noīant̄. Et Ariſt. v. li. Eth. dicit. Preclariſſima ꝟtutū. ſ. moraliū videt̄ eſſe iuſticia. et nec heſperꝰ nec lucifer ita mirabilit̄ lucet. Vñ maximū eſt hoc ꝑuilegiū Joſeph vt dicat̄ q̄ſi antonomaſice. i. ꝑ excellentiā iuſtꝰ in ſacro euangelio. Vñ argui pōt q2 in ipſo videre potuiſſes virtutes oīm patriarchaꝝ ⁊ ꝓphetaruꝫ. Et certe haud dubiū q2 in ipſo erat obedientia ꝓmpta q̄ et fuit in Abraā: patientia Joſeph patriarche: hūilitas Dauid: deuotio ꝓphetaꝝ ⁊ ſctōꝝ patrū ⁊c. qbus dignꝰ reddebat̄ ſpōſus tante ꝟginis.

¶ Capitulum. III.

Tertia ſtella eſt priuilegiū digniſſime electionis. Alij q̄ppe ſancti electi ſūt: Quidā in ſeruos tm̄ vt ſancti angeli. de qb⁊ Hebre. j. Oēs ſūt admiſtratoꝛij ſpūs. Quidā in ſeruos ⁊ amicos. ſ. dei: vt ſcti aplī. qb⁊ Joh. xv. ſaluatoꝛ ait. Jā nō dicā vos ſeruos ſed amicos ⁊c. Nullus aūt ſctūs ꝑter Joſeph eſt electꝰ in hāc ꝑcelſam dignitatē vt fieret ⁊ ſeruꝰ ⁊ amicꝰ ⁊ inſuꝑ pater chꝛi putatiuꝰ ac ſpōſus matrꝭ dei. Vñ poſt dei matrē ſummā dignitatē ipſe obtinet.

¶ Capitulum. IIII.

Quarta eſt ꝑuilegiū ꝟginee gloꝛiationis. quia refulget glīa ⁊ aureola ꝟginitatis. Fuit em̄ ꝟgo incoꝛruptꝰ: quā ꝟginitateꝫ vouerat mutuo cōſenſu vna cū bn̄dicta virgine: ſicut ſuꝑ̄ patuit. Hoc aūt ꝓbat̄ autoꝛitatib⁊ viꝝ doctoꝝ: et rōnib⁊ atqꝫ ſimilitudinib⁊ ¶ Pꝛio inquā doctoꝝ autoꝛitatib⁊ qb⁊ et cōuincit̄. q2 liber infantie ſaluatoꝛis q̄ dicit ꝙ Joſeph de alia vxore habuerit filios: in hoc dicto nō eſt tenendus. q2 falſum dicit. ſicut ⁊ in q̄buſdā alijs certꝭ locis vtpote ꝙ obſtetrices btā ꝟgo habuerit in partu et ſil'ib⁊: qb⁊ repꝛobatur. Ad id aūt ſcꝫ ꝙ Joſeph virgo fuerit icoꝛruptus ⁊ ꝑpetuus eſt Pꝛimo autoꝛitas Hieronymi cōtra Heluidiū dicentis ſic. Grata inq̄t gratia ⁊ floꝛida fuit ꝟginis marꝭ et Joſeph ſocietas. et ſicut amatoꝛes puritatꝭ in mr̄imonio ꝟginitatꝭ fuerūt a ſpūſctō electi. Hec ille. Vñ credo poſt virginē matrē fuiſſe hunc Joſeph puritatꝭ maximū amatoꝛē. ¶ Ad idē eſt autoꝛitas etiā Aug. li. de cōiugali bono expſſe dicētis: ꝙ Joſeph niſi virgo fuiſſet: virgo mr̄ dei neq̄q̄ꝫ in ſponſam ſibi a deo data fuiſſet. al'as ħ ſanctū cōiugiū claudicaſſet. Nicolaus quoqꝫ de Lyra ſuꝑ Matth. ca. j. in poſtilla hoc credenduꝫ aſtruit ⁊ dicit: ꝙ cum Maria eſſꝫ deſpōſata Joſeph: iam erat in domo ipſiꝰ Joſeph ſm̄ Hebꝛeꝯ. Et quia modus erat iuſtoꝝ nō ꝑficere matrimonium ꝑ carnalē copulā niſi ꝑꝰs vacarent oꝛatiōi ꝑ aliquod tp̄s implorando diuinā miſcđiam: vt patet Tob. viij. Et tunc inq̄t credit̄ reuelatuꝫ eſſe ipſi Joſeph ꝓpoſitum Marie de obſeruāda virginitate. tūc q̄ꝫ ex cōi cōſenſu vouerūt ꝟginitateꝫ quā quidem ꝟginitatē ipe Joſeph habebat etiā antea in deſiderio ⁊ ꝓpoſito: ſed votū nō expreſſerat. Cōtraxit igit̄ matrimoniū coactus ꝑ miraculū virge germinantꝭ et colūbe đ celo venientꝭ ⁊ conſidentis: cōmittens ſe diuine voluntati. ⁊ tūc ex reuelatione diuina cognoſcēdo ꝓpoſitū Marie: ex cōi cōſenſu vouerunt ꝟginitatē. vñ Joſeph adhuc ꝟgo erat. ¶ Scđo ad id ꝓbandū idē Nico. de Lyra adducit rōnem talem. Quia cū chr̄s in paſſione ſua nulli matrē ſuā ſeruādā tradidit niſi virgini: non eſt ꝓbabile ꝙ añ cōceptuꝫ dum adhuc eſſet iuuencula traderet̄ alicui niſi virgini cuſtodienda. ¶ Tertio ꝓbari pōt ſil'itudinibus quia cum de ſil'ib⁊ ideꝫ ſit iudiciū vt dicitur regula logica. ex q̄ chr̄s in oīb⁊ maioꝛeꝫ quā habuit et ſpecialioꝛē ſocietatē ac familiaritatē: ſemꝑ cū virginibus habere potiſſime voluit. iuxta illđ Can. vj. Qui paſcit̄ inter lilia. ſ. virginitatis. Vñ ⁊ matrē ꝟginē eligere voluit: virgineo lacte nutriri voluit: in ſinu ꝟgineo recumbere. Sed ⁊ diſcipulū ꝟginem. ſ. Johannē familiarius dilexit: ⁊ in pectoꝛe ſuo reclinari euꝫ voluit in cena. Item ꝑcurſoꝛē ꝟginē habere maluit. ſ. Johannē baptiſtaꝫ. Juxta q̄ꝫ crucē ꝟginem matrē ⁊ virginē diſcipulum aſtare voluit. ſed ⁊ in ſepulchꝛo q̄ſi ꝟgineo id eſt in quo nondū quiſq̄ꝫ poſitus fuerat locari voluit. Deniqꝫ a ꝟgine Martha miſteriū ſibi et hoſpitiū exhibitū plus placuit. Preterea in celo ſemꝑ virgines in comitatu habere vult q̄ euꝫ ſequunt̄ q̄cūq̄ꝫ ierit Apoc. xiiij. Hanc ꝗ iudicandū ⁊ credēdū eſt ꝙ patrē putatiuū ⁊ nutriciū atqꝫ miniſtrū ſuum ⁊ ſue matrꝭ ſpōſum nō niſi virginē habere voluerit: vt virginū ſocietatē ab iſtāti cōceptiōis vſqꝫ ad tēpus ſue manifeſtatiōis et ꝑ̄dicationis ſemꝑ habuerit ⁊ inter virgines conuerſatus fuerit.

¶ Capitulum. V.

Quinta ſtella eſt priuilegiū ſingulariſſime dilectiōis. q2 inter Mariā ⁊ Joſeph fuit amoꝛ ſctiſſimus ⁊ ſingulariſſimꝰ. ⁊ Maria poſt filiū magis amauit Joſeph q̄ꝫ aliū ſctm̄ q2 fuit ſpōſus eius ⁊ ei in oīb⁊ neceſſitatib⁊ ꝓuidens. Hic em̄ credit̄ ꝙ ſpūſctūs ꝟginē Mariā et ioſeph ſctō amoꝛe mutuo vniuit. et niſi iſte amoꝛ a ſpūſancto int̄ eos caſtus ⁊ ſctūs ꝑceſſiſſꝫ: mr̄imoniū coꝝ ꝯtractū nō fuiſſet. Dilexit igit̄ virgo Maria ioſeph tanq̄ꝫ ſpōſum ſuū ſctiſſimū a deo ſibi miraculoſe datū. Et ſm̄ magiſtꝝ Vbertinū de Caſſali li. q̄ ītitulat̄ Arboꝛ vite crucifixi ieſu. Credendū eſt inq̄t ꝙ btā ꝟgo q̄ in omnibus a ſpiritu ſancto agebatur: fuit ab eodem ſpiritu ſancto certificata de ſanctitate Joſeph ⁊ de diuina protectione: ita ꝙ non dubitauit imo certa fuit ꝙ Joſeph nunq̄ꝫ vellet eā carnaliter amare vl

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cōcupiſcere:ſed puriſſimo amore ex diuina dilectione deuote ſibi ſeruire. et ideo non mirū ſi plene in Joſeph cōiugiū cōſenſit vt verū mrīmoniū fuerit inter eos:nunq̄ʒ hn̄do reſpectū ad carnalē cōcupiſcentiā vel actū. Un̄ patet q: ſingulari diuino amore ꝛ caſtiſſimo ſe mutuo dilexerūt.

## Capitulum. VI.

Sexta ſtella dr̄ ꝓuilegiū ſctiſſime cōuerſatiōis. Jſta eīn̄ eſt regula generalis. q̄a cū ſancto ſcūs eris:ꝛ cū ꝑuerſo ꝑuerteris:teſte Ps̄. Un̄ q̄ malā hn̄t ſocietatē in hoc mundo male agunt. ꝛ e cōuerſo:q̄ bonam hn̄. Erit eīn̄ ꝙ vnus malus malā haber voluntatē et in ſocietate honoꝝ ſi fuerit:vn᷒ bonus ſuis exhortatōibꝫ ꝓhibet et retrahit illum. et e cōuerſo. Jtaq̄ʒ cū Joſeph habuerit ſanctā ſocietatē Marie:de q̄ Ambro. Uirgo fuit ſanctior alijs:plena ſpirituſctō. Et ꝓterea q̄d credis ꝙ agebat Joſeph qn̄ videbat ſponſam ſuā in nocte ſurgentē ad orationē ꝛ plorantē ac deū collaudātem: An nō credis ꝙ ad bn̄ agendū inflāmaret̄: Arbitror ꝙ ſepe orabat cū orante:et cum ꝟgine parit̄ bn̄dicebat deū. Cōſidera q̄ntum erāt deuota coꝝ colloq̄a. et qn̄ Maria loquebat̄ de deo ille ſtupebat. Jtē cōſidera quō btā ꝟgo oīa ſecreta myſteria diuie icarnationis ei pandebat: et pariter conferebāt quō chr̄s de ea natus ſm̄ ꝓphetias deberet in mūdo viuere ꝛ ꝓ hoībꝫ pati ꝛ mori. Jtem cōſidera q̄ntum ſtetit cū Maria:q: fere. xxx. annis. Licʒ eīn̄ de morte Joſeph in ſcp̄tura nō repit̄. ſed cōſtat q̄m parū an̄ baptiſmū chr̄i mortu᷒ fuerit. Nam qn̄ chr̄s diſputabat in tēplo:viu᷒ erat. Tp̄e autē paſſiōis nō fit mentio de eo. Cū ḡ tot annis ſteterit cū ꝟgine in ſctā cōuerſatione:ſequit̄ vtiq̄ʒ ꝙ magni meriti fuit ꝛ magne ſctitatis.

## Capitulum. VII.

Septima ſtella eſt ꝓuilegiū meritorie adq̄ſitiōis auxiliationis. q: ipſe meruit in oībus laboribꝫ ꝛ in oī negocio ꝟgis Marie ꝛ chr̄i auxiliū prebere. vt patet quādo ꝟgo in Bethleē ad pariendū aſcendit: qn̄ in Egyptū aufugit: et in exitu de egypto:atq̄ʒ in q̄rendo ꝑuulū chr̄m ꝑditū Luc. ij. Quis in oībꝫ his eā ſociauit ei niſi Joſeph:q̄ cū plorante ꝟgine plorauit ꝛ cū dolēte doluit. Un̄ Maria ait. Ego ꝛ pater tuus dolentes querebamus te.

## Capitulum. VIII.

Octaua ſtella:ꝑ marie honoratōis. Quere quē volueris poſt virginē in terris cui chr̄s tantum honorem exhibuit ſicut Joſeph:cui vt dicitur Luc. ij. erat ſubditus deſcendens in Nazareth. Jſta aūt ſubiectio erat vt volunt doctores ꝙ illa diuinitas aliquando familiariter miniſtrabat Joſeph:dabatq̄ʒ ſibi tobaliam ſeu manutergiuʒ ad tergendum manus: aquam ad lauandum:ſedile offerebat ad reſidendum. nec dubites ꝙ multa obſequia fecit deus ipſi. ergo ꝛc̄.

## Capitulum. IX.

Nona ſtella eſt ꝓuilegiū p̄celſe gratificationis. Nā q̄s ſctōꝝ tantā gr̄am ꝓmeruiſſe cernit̄ ſicut Joſeph:ſi aduertim᷒ rōnē electionis atq̄ʒ rōnem meritorie ſue ſeruitutis. Nec mirū ſi ꝑ̄ſam᷒ rōnem electiōis: vtiq̄ʒ ipſe magnā gr̄am habere debuit. q: qn̄ aliquem de᷒ eligit ad tantā gr̄am vt ſit ſibi tā familiaris ſicut patuit: ſp̄ ſibi dat maximas gr̄as. Et ꝓp̄tea eligēdo ipm̄ Joſeph ad tantū myſteriū:q̄ntas ſibi gr̄as dedit cogita. Jtem ſi ꝑ̄ſam᷒ eius ſeruitutē:q̄s repit̄ q̄ tantum ſeruierit virgini Marie atq̄ʒ chr̄o ſicut Joſeph. Modo chr̄s dixit Joh. xij. Siq̄s mihi miniſtrauerit honorificabit eum pater me᷒. Quantum ḡ putas honoris ꝛ gr̄e deus pater exhibuit ꝓ tanto ſeruitio Joſeph. Jtem ſi bn̄dicta ꝟgo eſt tā gratioſa ꝙ qui dr̄ ad eius reuerentiā vnuʒ Aue Maria:facit ſibi gratiā. quanto magis credis q̄d fecerit Joſeph q̄ tanto tp̄e ꝛ in tantis eidē ꝛ filio ſeruiuit.

## Capitulum. X.

Decima:eſt ꝓuilegiū dulciſſime cōſolationis. Reuera nullus ſctōꝝ habuit vel habere potuit tantā cōſolationeʒ de chr̄o ſicut Joſeph h̄ in terris q̄ vidit oīa que ꝓphete p̄dicauerunt de ꝟgine ꝛ de ꝟbo incarnato: quē ꝛ portauit manibꝫ ac tetigit:fide ſenſit:oſculat᷒ ē:ꝛ multoties amplexat᷒ eſt. Si ḡ Abraā exultauit vt videret diem chr̄i:vidit ꝛ gauiſus eſt Joh. viij. q̄nto magis Joſeph gauiſus eſt q̄ vidit ꝛ tetigit ꝑ experientiā. Deniq̄ʒ cōſolationē habuit Petr᷒ qn̄ vidit faciem ꝛ gl̄iam chr̄i in tranſfiguratiōe adeo vt efficeret̄ q̄ſi fatuus: neſciens q̄d diceret. Dn̄e inq̄t bonum eſt nos h̄ eſſe Matth. xvij. Cōſolationē habuit Johānes qn̄ dormiuit ſuꝑ pectus Jeſu. Oēs etiam ap̄li cōſolabant̄ q̄ mādncabāt et bibebant cū ꝟbo vite. Magna vtiq̄ʒ dulcedie tenebat̄ Magdalena qn̄ iuxta pedes ieſu ſedēs audiebat ꝟbū illius. Btūs Frāciſcus dū ſemel oraret:apparuit ei chr̄s quaſi crucifixus di. Franciſce amice tolle crucem tuā ꝛ ſeq̄re me. Et mox p̄ maxima dulcedine eius effectus fuit q̄ſi fatu᷒ et ſpū ebrius. Fratri Rufino apparuit btā ꝟgo cū filio in brachio tenendo. et tantā ꝯſolationē habuit ipſe frat̄ Rufin᷒ ex illa viſiōe ꝙ q̄ſi aīa exiuit de corꝑe. Quid tūc Joſeph habuit ꝯſolationis qui tanto tp̄e habitauit cū chr̄o ꝛ virgie matre:comedit in vna mēſa:cum eis dulciſſima colloquia habuit multotiens ꝛ q̄ntiēſcūq̄ʒ voluit. Et vt pie credo chr̄s ſepiſſime oſculabat̄ ipſum Joſeph:ſicut ſolent facere filij paruuli ſuis patribꝫ. O igit̄ Joſeph ſctiſſime. O quāta fuit cōſolatio tua qn̄ chr̄m natum quē filiū dei credidiſti:in vlnis tenuiſti:qn̄ angeli cecinerūt Gl̄ia in excelſis. Et in mltis alijs actibꝫ ei᷒ felicibꝫ. Uere dicere poteras cum Ps̄. Cōſolatiōes tue dn̄e letificauerūt aīam meā. O aīa mea q̄d faceres ſi ſaltem ſemel oſculari a chr̄o merereris.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Capitulum. XI.

Undecima: priuilegiũ angelice freq̃ntatio
nis ⁊ viſitationis. Nõ em̃ oĩbꝫ ſanctꝭ do
natũ eſt freq̃nter angelos videre ⁊ alloq̃
Joſeph aũt ſepiꝰ hanc grãm ꝓmeruit ſicut patet
cũ angelus ei apparuit dĩ. Noli timere accipe cõ-
iugẽ tuã. et eũ monuit vt in Egyptũ iret. Itẽ cum
poſt reuerſum angelus ei apparuit: monẽs vt in
ptes galilee. ſ. Nazareth diuerteret habitaturus.
Pie etiã credo ꝙ mltꝭ alijs vicibꝫ vidit angelos
v̾ginẽ bñdictã viſitãtes ⁊ ꝯſolãtes. q2 vt dĩt Hie
ro. q̃tidie eã viſitabãt angeli: cibũ ei ferẽtes.

Capitulum. XII.

Duodecima ſtella eſt ꝑuilegiũ potiſſime
impetratõis ſeu ſuffragatiõis. Alij q̃ppe
ſcti poſt bñdictã v̾ginẽ non ita potiſſime
habẽt ⁊ pñt impetrare nob ſuffragia ſic Joſeph
ſctiſſimꝰ. Ratio. q2 alij ſcti ſolum dep̄catorie ſeu
ſupplicatorie tanq̃ ſerui dĩ ꝓ ſuis meritis habẽt
impetrare ꝓ nob. ſed ſctũs Joſeph in celeſti reg̃
q̃dã modo etiã autoritatiue tanq̃ pr̃ chr̃i putati
uus ⁊ nutriciꝰ habet impetrare. q2 chr̃s habet eũ
honorare. iuxta illð. Honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ
Exo. xx. Et q̃ habet q̃dã mõ ius p̄cipe poſſe chr̃o
et ñ tm̃ mõ ſupplicare ſicut alij. Quiſq̈s ḡ ei deuo
te ſeruit. q̃ſquis eiꝰ ſuffragia expoſcit: haud du-
biũ q2 exaudiet̃ in orõnibꝫ apð chr̃m. Nõ em̃ eſt
fas ei negare qð petit ꝓpt̃ paternũ honorẽ. O igi
tur aĩa fidelis ex his vide q̃nte ſanctitatis ſit iſte
Joſeph ⁊ q̃nti meriti corã deo vt deuotiꝰ moue-
ri ſtudeas erga ipm. O q̃ dulcꝭ eiꝰ ſocietas fuit
cũ btã v̾gine ⁊ chr̃o. O q̃nta nũc in celo felicitas
eiꝰ. O viroꝝ feliciſſime ⁊ ſctiſſime Joſeph: roga-
mus ora ꝓ nob vna cũ tua ſpõſa v̾gine bñdicta
apð chr̃m: vt nos ꝑducat ad celeſte regnũ. Amẽ.

Pars tertia libri octaui de ſũma puritate bea
te ⁊ glorioſe v̾ginis Marie.

Nihil immundum
in illã incurit. candor eſt em̃ lucꝭ eter-
ne: et ſpeculũ ſine macula dei maieſta
tis. Hec verba ſcribunt̃ originaliter Sap. vij. et
accipiunt̃ cõuenientiſſime de gl'ioſa v̾gine matre
dei. Tũ q2 libri q̃ intitulant̃ de ſapia: ſpecialit̃ ex-
ponunt̃ de btã v̾gine: et q̃ de ſapia dicunt̃ inter-
p̄tat̃ eccleſia q̃ſi de v̾gine bñdicta dicant̃. Tũ q2
oĩs ſcp̄tura q̃ de chr̃o dicit̃ põt accipi ⁊ dici de be
ata v̾gine. excepta ea q̃ de ꝑſonali vniõe diuini-
tatis loquit̃. et h̃ ꝓpter nimiã vnitatẽ ⁊ plenã aſſi
milationẽ v̾ginis matris ad filiũ: vt vult magnꝰ
Alb. ſup Miſſus eſt. Et idcirco hec ſcp̄tura no-
ſtri thematꝭ cõuenientiſſime de beata v̾gĩe accipit̃
que ꝓprie de ſapia dei patris. i. chr̃o ſcribit̃. In q̃-
bus q̃dem v̾bis ſapiẽs ſpũſancto loq̃nte tripli-
citer cõmẽdat puritatẽ btiſſime v̾ginis Marie.
Prio q̃dẽ ꝙ ſit ſũme mũdicie: imunis ab oĩs
pcti originalis: mortalis: ⁊ venialis ſorde. Ideo

dicit Nihil immundũ incurrit in illam: hoc q̃ ad
pctm̃ mortale. et poſtea: ſpeculũ inq̃t ſine macu-
la. hoc q̃ ad pctm̃ veniale ⁊ etiaꝫ origiale. Vere o
aĩa deuota ꝑ marie tibi reddit̃ laudabilis ⁊ ve-
nerabilis ac amabilis ipſa ſctiſſima dei mater q̃
in ſua puritate ac mũdicia v̾ginali meruit cõcipe
filiũ dei. ꝓpterea eccl'ia canit. Sctã ⁊ immaculata
virginitas q̃bꝫ te laudibꝫ efferã neſcio. q2 quẽ ce
li cap̄e nõ poterãt: tuo gremio cõtuliſti. Scðo
in p̄miſſo themate cõmẽdat ſapiẽs puritatẽ v̾gi-
nis Marie ꝙ ſit ſublimis ⁊ ſũme excellentie ſup̄
puritatẽ oĩs creature. Vñ ſubdit. Candor eſt em̃
lucis eterne. i. diuĩe. ſ. ꝑ ꝑparationeꝫ. Etem̃ vt dic̃
Anſ. ipſa tãta puritate nitebat ⁊ nitet ꝙ ſub deo
neq̃t maior intelligi. O q̃d cogitare aut dignũ di
cere poſſumus de te o puriſſima v̾go Reuera ſi
te formã dei appellemꝰ: digna extitis. vt ait Hie-
ro. ſi te cãdorẽ et̃ne lucꝭ nominẽ: ꝑ oĩa cõprobarꝭ
Tertio cõmẽdat ꝙ vicꝫ eius puritas ſit diuinal̃
munificentie ⁊ magnifice gr̃e: ꝓ ſingulari eiꝰ vicꝫ
ꝑuilegiatione ⁊ diuĩe maieſtatis o͞paĩone. Vnð
ſubdit. Speculũ inq̃t dei maieſtatꝭ. Nimiꝝ i be-
nedicta v̾gĩe tanq̃ in ſpec'lo relucet ſũma gr̃a di-
uine bonitatꝭ ⁊ maieſtatꝭ atq̃ ſingulariſſimũ do
nũ charitatꝭ eiꝰ in incarnatõe facta ex ea. Itaq̃
de puritate btiſſime v̾ginis ad p̄ſens acturi: tria
myſteria declarabimꝰ q̃ ſubſequunt̃

Primũ dĩ myſteriũ cõſiſtentie
Secundũ myſteriũ precellentie.
Tertiũ myſteriũ ꝑuilegiate gr̃e.

Articulus p̄mus in quo cõſiſtit ſumma puri-
tas beate Marie

Capitulum. I.

PRimum myſteri
um cõſiſtentie. Ubi inueſtiganduꝫ eſt
in q̃ cõſiſtit puritas beate v̾gĩs Ma-
rie matris dei: ſeu quõ intelligẽda ſit hec intentio
puritatis eius. Ad qð ꝓtinꝰ reſpondet̃ ẜm ſentẽ
tias Alber. ſup Miſſus eſt. atq̃ Thome ſuper
iij. ſniaꝝ. diſt. iij. et ꝯcordit̃ doctoꝝ noſtroꝝ: Q̃
hec eius puritas in tribꝫ ꝯſiſtit.
Primo in ꝯtrarij. i. pcti elõgatione.
Scðo in ſumme puri approximatiõe
Tertio in vtriuſq̃ p̄dictoꝝ cõfirmatiõe.
Primo inquã in cõtrarij. i. pcti elongatiõe ⁊ di-
ſtantia. q2 puritas intendit̃ ꝑ receſſum a ꝯtrario
ſic albiꝰ dĩ qð eſt nigro impmixtiꝰ. et lucidiꝰ dĩ il
lud qð eſt tenebris impmixtius. Sic ⁊ btã v̾go
dĩ puriſſima. q2 p̄ oĩbꝫ poſt chr̃m ipa eſt impmi-
xtius impuro. i. pctõ. Iuxta hoc queſtio occur-
rit Vtꝝ btã v̾go fuerit tãte puritatꝭ vt ab oĩ cul-
pa fuerit totaliter immunis. Et arguit̃ ꝙ non. q2
j. Job. ij. habet̃. Si dixerimꝰ quia pctm̃ non ha-
bemus: noſipſos ſeducimus et v̾itas in nobis
non eſt. Item Prouerb. xx. Quis poteſt dicere:
mundũ eſt cor meum: purus ſum a pctõ. Item

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Articulus I

Job.xxv. Stelle nō ſunt munde in cōſpectu eiꝰ.
Et Rho.iij. Oēs peccauerūt. Itē glo.ſup Rho.
viij.dr. Impoſſibile eſt q̄ntūlibet ſctm̄ aliq̄n nō
cadere.ſ. venialiter.ḡ videt̄ ꝙ ipſa aliq̄n peccaue
rit venialiter. Itē btā ꝟgo bona cōſciā dicere po/
terat. Dimitte nob̄ debita noſtra ⁊c̄. cum ſit cōis
forma orādi oib̄ ſctis collata.ḡ nō fuit ſine cul/
pa. ¶ Preterea Chryſ. ſuper illud Job.ij. Quid
mihi et tibi mulier: dicit.ꝙ aliq̄d hūani paſſa fu/
it q̄ſi ꝓpter vanitatē voluerit chr̄m miraculuꝫ fa/
cere. Itē Glo.ſup illud Lu.j. Spūſſctūs ſupue/
niet: dicit. Superueniens ſpūſſanctus in ꝟginem
eā ab omni ſorde viciorꝝ caſtificauit. Magiſter
etiā ſniarꝝ in.iij.diſt.iij.ca.j.ſic dicit. Mariā totā
ſpūſſanctus ſuperueniens a pctō prorſus purga/
uit ⁊ a fomite pcti etiā liberauit: vel fomitē peni/
tus euacuādo vt q̄buſdā placet: vl' extenuando
et debilitādo. Hec ſupuētio aūt ſpūſſcti fuit tpe
cōceptionis filij dei.ḡ ſequit̄ ꝙ an̄ cōceptionē ali
q̄n peccauerit: a q̄ poſt in cōceptione filij dei pur
gata fuerit. ¶ Cōtra. Augꝰ in li.d̄ natura ⁊ gr̄a de
Excepta hac ꝟgine de q̄ ꝓpter honorē dn̄i nullaꝫ
prorſus cū de pctis agit̄ volo habere q̄ſtionem.
Inde em̄ ſcimꝰ ꝙ ei plus gr̄e ſit collatuꝫ ad vin/
cendū ex oi pte pctm̄ ꝙ meruit parere quē cōſtat
nullū habuiſſe pctm̄. Hec ille. ¶ Pro reſpōſiōe
ḡ ponit̄ cōcluſio ꝙ btā ꝟgo ꝑ grām ſctificatiōis
copioſam in vtero materno conſecuta eſt p̄ſerua
tionē ab oi pctō. Et hec cōcluſio ſc̄m dn̄m Bona
uen.alioſqꝫ cōcor.doctores ſup.iij.diſt.iij.ꝓbat̄
autoritatib̄: rōnib̄: ⁊ exēplis ac ſimilitudinib̄.
¶ Primo inquā autoritatib̄. Vn̄ Gen̄.iij. Ipſa
cōteret caput tuū. Qd̄ btūs Bern̄. ⁊ Aug. expo/
nendo di. Suggeſtio eſt caput diaboli. Nulla ḡ
ſuggeſtio habuit locū in ꝟgine rā q̄ ad ſuggeſti/
onē pcti venialis q̄ꝫ mortalis a q̄b̄ totalit̄ imu/
nis fuit. Item Cant.iiij. Tota pulcra es amica
mea.tota pulcra ab originali ⁊ mortali.et macl'a
non eſt in te.i.veniale pctm̄. Itē pſ.xlv. Sctifica
uit tabernaculū ſuū altiſſimꝰ: deus in medio eiꝰ
non cōmouebit̄.ſ.ꝑ aliq̄d malū pcti. Vn̄ Bern̄.
ad Lugdun̄.canonicos. Puto inquit ꝙ copio/
ſius munꝰ gr̄e in eam deſcendit q̄ eius non ſolū
ſctificaret ortū: ſed etiā deinceps ab oi pctō cuſto
diret imunē. ¶ Scd̄o rōnib̄. ¶ Prima rō Alber.
ſup Miſſus eſt. q̄a q̄dcūqꝫ pctm̄ etiam veniale
nō eſt gr̄a.ḡ vbicunqꝫ eſt aliqd̄ pctm̄ quātūcūqꝫ
paruū ⁊ veniale: ibi eſt aliq̄d vacuū de gr̄a. Sed
btā ꝟgo fuit plena gr̄a etiam an̄ cōceptioneꝫ filij
dei. Luce.j. Aue gr̄a plena. ḡ nihil de pctō fuit in
ipſa. ¶ Scd̄a rō. q̄ vt volūt doctores ſup.iij.diſt.
iij.pcipue Bonauē. Rich. ⁊ Tho. In p̄ma ſctifi
catione ꝟginis.ſ. in vtero ſue matris fomes in ea
fuit ligatꝰ vel extinctus: ſic ꝙ ablata fuit inclina/
tio ad malū vt nunq̄ꝫ peccaret: q̄uis flexibile li/
berū arbitriū haberet ſicut habuerūt ⁊ angeli an̄
confirmationem nec peccauerūt. Sed in ſecūda
ſctificatione.ſ. q̄n chr̄m cōcepit fuit oīno euacua/
tus ⁊ totaliter extinctus vt non poſſet peccare.
¶ Ubi nota ꝙ fomes vt ait Rich. vbi ſ̄. nō aliud
eſt in nobis q̄ꝫ habitualis inclinatio in appetitu
ſenſitiuo tendēs ad obiectum inordinate ex pec/
cato p̄morꝝ parentū mediante nature corruptiōe
cauſata. Dicit̄ notanter: habitualis inclinatio.ſ.
concupiſcentie: ꝓ eo q̄ actualis cōcupiſcentia eſt
motus pcti. Fomes ḡ vltra carnis eſſentiā ⁊ ſen
ſitiui appetitꝰ ponit q̄ndam corruptionē morbi/
dā in carne radicatā que aſcēdit vſqꝫ ad mētem:
habetqꝫ duplicē effectum.ſ.ꝓnitatē ad malum: ⁊
difficultatē ad bonū. iuxta illud Rhom̄.vij. Nō
em̄ qd̄ volo bonū hoc ago: q̄ ad ſecundū. ſed qd̄
odio malū hoc facio: q̄ ad p̄mū. ¶ Per primam
itaqꝫ ſctificatōeꝫ.ſ. in vtero materno ſc̄m p̄dictos
doctores Maria habuit dei dono ligatū vel ſo/
pitū aut extinctū modo an̄dicto fomitē. q̄ tanta
gr̄a ꝑfectiōis eſt ſibi tunc collata ꝙ redūdauit in
eius ſenſualitatē adeo vt fomiteꝫ rep̄meret: ſic ꝙ
in pctm̄ nō inclinaret ⁊ a bono nō retraheret: nec
vllū effectū vel incitamentū haberet aliquando.
¶ In ſecunda aūt ſctificatione in q̄ ſpūſſctūs de/
ſcendit nō tm̄ in mētē: ſed etiā in carnē ex ea mira/
biliter formādo corpꝰ chr̄i ſanctiſſimū: tūc tota/
liter fomes fuit extirpatꝰ ⁊ extinctus ꝑ collatā cō
firmatiōis in bono grām: vt nullo mō poſſet vo
luntas Marie flecti in pctm̄ etiaꝫ veniale: vt de
hoc latiꝰ dicet̄ ca.iij.huiꝰ. vn̄ Maria nullū pec/
catum habuit. Sed aduertendū ꝙ p̄dicta de fo
mite poſita ſunt h̄ ſc̄m doctores eos q̄ tenuerūt
Mariā cōceptā fore in originalis pcti macula:
et ſic mūdatā. Moderni aūt noſtri doctores di/
centes btām Mariā in cōceptione nō cōtraxiſſe
originale pctm̄ cū quib̄ ego teneo aliter ſentiūt:
ꝙ vicꝫ fomes q̄ eſt effectus pcti originalis in car
ne Marie ſanctificata: non fuit formaliter in ef/
fectu quo ad legem ꝓlis propagate: ſed tm̄ cau/
ſaliter quo ad legem ꝓpagantiū. Unde ſc̄m Frā.
Maro. in prima ſanctificatione Maria fuit in
gratia cōfirmata: vt patuit li.iiij.⁊.v. ¶ Tertia ra/
tio Bonauen. quia congruū fuit vt illa que pla/
cuit altiſſimo intantū vt fieret digna eius ſponſa
⁊ mater filij dei vnigeniti: ſic eſſet imaculata mē/
te ſicut ⁊ intemerata carne: q̄ foret aduocata pec/
catorꝝ: gloria ⁊ corona iuſtorū: ſpōſa dei: ⁊ totiꝰ
trinitatis reclinatoriū. ¶ Tertio oſtendit̄ hec con
cluſio ſimilitudinib̄ et exemplis. quia ſicut diui
na ꝓuidentia in primo ſtatu hominē cuſtodiuit
ab omni nociuo: ita ipſa diuina ꝓuidētia cōgru/
entiꝰ matrē cuſtodiuit imaculatā ab oi pctō. Itē
Johannes baptiſta ex ſctificationis gr̄a habuit
a deo ꝓtegēte vt nunq̄ꝫ peccaret mortalit̄: ⁊ ne le/
ui ſaltē maculare vitā famie poſſet: vt canit eccle/
ſia. Vn̄ pauciſſima venialia fortaſſis cōmiſit. er/
go dei mater electa debuit habere eminentiorem
grām ſanctificatiōis vt nunq̄ꝫ vel venialiter pec/
cauerit: imo etiā in alijs repreſſit illicitos motus
Nec vnq̄ꝫ habuit qd̄ eius cōſcientiā remorderet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad id refert Bonauen. vbi ſ. ꝙ audiuit nar-
rare ꝙ ipſa cuidā ꝑſone reuelauit ꝙ nō rep̄hēde
bat eaꝫ cor ſuū in oī vita ſua. Et ſic patet. ¶ Pro
ſolutiōe aūt argumentoꝝ in cōtrariū ꝓductoꝝ
ad illas autoritates Job. Prouer. Job. Rho.
et Glo. reſpōdeṫ ſm Alber. ꝙ oēs ille ſcp̄ture lo-
quunṫ de cōmuni iure viatoꝝ hoīm. Iſtud aūt
ꝓuilegiū ṽginis btiſſime eſt de ſpecialiſſima ⁊ ꝓ
pria gr̄a reſpectu oīm viatoꝝ que derogat gene-
rali. ¶ Ad illud. Dimitte nobis debita ⁊c. dicen-
dū eſt ſm Bonauē. ꝙ i petitiōe illa ṽgo Maria
poterat petere remiſſionē debitoꝝ: nō ratiōe ſui.
ſed alioꝝ membroꝝ chr̄i qbus poterat petere vt
debita dimitterenṫ: et bona cōſcientia illam ora-
tionē formare in perſona eccleſie: nō ꝓ ſe ſed pro
alijs ſanctꝭ. ſicut dic̄ Aug⁹. ¶ Ad illud Ahryſ. di.
ꝙ aliq̄d humani paſ. ⁊c. dicendū ſm Alb. ꝙ ipſa
ṽgo aliq̄d humani paſſa fuit. hoc verum eſt ad
hūc ſenſum. q2 vt hō hoīb⁹ cōpaſſa fuit. Sed ꝙ
aliq̄d vani paſſa fuerit ꝑ oīa falſum eſt ⁊ contra
Aug. ¶ Ad vltimū ſm doctores tenētes Mari-
am ſine pctō originali cōceptā: patet ſolutio exp̄ſ-
ſa li. iiij. pte. ij. ar. ij. vbi de ſctificatiōe ⁊ liberatiōe
ſoluiṫ. Sed ſm Bonauē. vbi ſ. reſpōdeṫ ꝙ dif-
fert dicere pctm̄ ⁊ dicere viciū. Nā viciū dicit cul-
pe ſequelā ex originali in nobis relictā. Pctm̄ aūt
dicıṫ dupl'r. Aliqñ culpa: ſicut cōiter cōſueuit ac-
cipi. Aliqñ ṽo nō culpa dicıṫ ſed pena pcti: ſicut
Rho. vij. De pctō dānauit pctm̄. Dico ḡ ꝙ bea-
ta ṽgo dr̄ caſtificata vel mūdata a pctō nō ratiōe
alicui⁹ culpe vel macule: ſed ſoluꝫ rōne pene: a q̄
mundata eſt in filij dei cōceptiōe: vt illas penas
ſeq̄ntes ex pctō originali ipſa in filij dei parturi-
tione nō habuerit. quia cōcepit ſine corruptione
⁊ fuit grauida ſine grauamie: ac pepit ſine dolo-
re. Unde patet reſponſio.

¶ Capitulum. II.

Secundo dixi ꝙ hec puritas btē ṽgis cō-
ſiſtit in ſumme puri approximatiōe. ⁊ per
cōſequēs nō conſiſtit in ſola pcti elonga-
tione. Uñ ſit ꝓ cōcluſione ꝙ btā ṽgo dr̄ puriſſi-
ma nō ſolū ob hoc ꝙ ab ipuro. i. a pctō eſt elon-
gata. ſed etiā q2 ad ſumme puꝝ. i. deū eſt ſumme
approximata. Hoc declaraṫ ſm Alb. magnū ſu-
per Miſſus eſt. ca. clxxxiij. taliter. q2 puritas ſeq̄-
tur naturā lumis ⁊ luminoſi: ſicut videṫ ad ſen-
ſum. qm̄ illud qđ plus participat de natura lucꝭ
plus habet puritatis. vt ſumma lux vel ſūme lu
minoſum: ſumme ſit lucidū ⁊ purū. Lux aūt eſt
duplex. ſ. corꝑalis ⁊ ſpūalis: vt dicit Aug⁹ ſuper
Geñ. ad lr̄am. Et magis ꝓprie dr̄ lux ſpūalis q̄ꝫ
corꝑalis lux. ſm hoc ḡ duplex eſt puritas. ſ. cor-
poralis ⁊ ſpūalis. Sꝫ q2 maior puritas corpo-
ralis eſt ſm maiorē cōuenientiā ad ſummā cor-
poralē lucē. quāobrē videm⁹ ꝙ aqua purior eſt
q̄ꝫ terra: aer q̄ꝫ aqua: ignis q̄ꝫ aer: firmamentum
q̄ꝫ ignis: celū aqueū q̄ꝫ firmamentū: et celū empy
reū q̄ꝫ aqueū. Similiṫ ḡ erit maior puritas ſpi-
ritualis ſm maiorē cōuenientiā ad ſummā lucē
ſpūalē que de⁹ eſt: q̄ lux eſt in q̄ tenebre nō ſūt vl-
le. i. Job. ca. i. Uñ ſm hoc purior eſt aīa ſenſiti-
ua q̄ꝫ vegetatiua: rōnalis q̄ꝫ ſenſitiua: angelica
rōnalis q̄ꝫ hūana ſm naturā. Sed ſm gr̄am eſt
aliter. q2 aīa humana exiſtēs in gr̄a purior eſt q̄ꝫ
diabolus: licet ſm naturā diabolus cū ſit ange-
lice nature ſit purior. Gratia nēpe eſt q̄ſi q̄ddam
lumen creatū ꝓcedens a luce increata. i. deo: put
dicit Berñ. in ſermone de charitate ⁊ gr̄a chriſti.
Ergo vbi eſt participatio maioris gr̄e: ibi maior
eſt ad p̄mā lucem approximatio ⁊ aſſimilatio. et
ꝑ cōſequens maior ſm gr̄am puritas. ſicut exem
plū in corꝑalib⁹. Licet eīm ſm ſe cryſtallus ſit pu-
rior aliq̄ vitro de materia minus pura facto: ta-
men iſtud vitꝝ ſi fuerit irradiatū a ſole: lucidi⁹ ē
et purius ſm participatā radioſitatē ⁊ lucē ſolis
q̄ꝫ cryſtallus nō irradiata a ſole. Quia igiṫ in be-
atiſſima ṽgine reſpectu oīm creaturarū aliarum
non vnitaꝝ fuit ſumme gr̄e ꝑticipatio. ḡ approxi
matio ad p̄mā lucē fuit in ſummo. et ꝑ cōſequēs
puritas in ſummo. Hec ſm Alb.

¶ Capitulum. III.

Tertio dixi ꝙ hec puritas btē ṽgis fuit in
vtriuſq3 p̄dictoꝝ. i. elongatiōis ⁊ approxi
mationis cōfirmatione. Propter qđ po-
niṫ tertia cōcluſio in ordine ad p̄dictas ſup̄⁹: et
eſt talis. Beata ṽgo Maria ꝑ ſctificationis co-
pioſam gratiā adeo fuit cōfirmata in bono pe-
ni vt nunq̄ꝫ poſſet in aliq̄d peccatū flecti. nec poſ-
ſet in ea diuina gratia depire aut minui: vl' ab ea
aliq̄ mō ſepari. Uñ btām ṽginē Mariā peccare
etiam venialiter vel minimo pctō fuit impoſſibi-
le: q̄nto magis mortali pctō. ¶ Probaṫ hec con
cluſio triplici ratione: plurib⁹ alijs ob breuitateꝫ
omiſſis. q̄rum rationū fulcimēta accipiunṫ a do
mino Bonauē. ſuꝑ. iij. diſt. iij. et cōcordit Rich.
atq3 Tho. ſuꝑ eodē li. iij. ſniaꝝ.

¶ Prima eſt ratio redundationis.

¶ Scđa eſt ratio dignificationis.

¶ Tertia eſt rō ꝑfecte gratificationis.

Prima rō redundationis. q2 ſicut honor paren
tū redūdat i filios Prouer. xvij. Gl'ia filioꝝ pa-
tres eorū: Ita ꝑ oppoſitū ignominia vel cōfuſio
matrꝭ redūdat in filiū. Si ḡ mr̄ dei vnq̄ꝫ peccaſ-
ſet vl' peccare potuiſſet aut gr̄am ꝑdere dei potu
iſſet: ignominia fuiſſet dei ſui filij. ḡ ei⁹ mater da-
mnari potuiſſet: qđ eſt abſurdū. Quid eīm igno
minioſi⁹ q̄ꝫ reginā celi matrē dei diabolo potuiſ-
ſe ſubijci ꝑ culpā. ḡ videṫ ꝓpoſitū fore verū. ¶ Se
cunda rō dignificationis. q2 dignior fuit mr̄ chr̄i
effecta ex hoc ꝙ eſt mr̄ dei: q̄ꝫ ſit aliq̄s angelus in
celo. Si ḡ angeli boni ſunt in gr̄a ꝯfirmati: mul
to magis mr̄ dei. ꝓpter illud. ij. Topic. Si ei cui
minus videṫ ineſſe ineſt: et ei cui magis. ¶ Ter-
tia ratio ꝑfectiſſime gratificationis que eſt ſpeci-
alius poſita a Rich. vbi ſ. Nam per iſtam ſctifi
cationem. ſ. in ꝯceptiōe ṽbi fuit beata ṽgo adeo

gratificata: vt in ea eſſet pfectiſſima charitas: vt/
pote in mre dei dilectiſſima. Sed ſicut pfectiſſi/
mus charitatis actus nõ põt eſſe cum inordina
to cõcupiſcentie actu: ita nec pfectiſſim⁹ charita/
tis habitus cũ habilitate ad cõcupiſcendũ. Vñ
Aug. li. lxxxiij. qõnum. q. xxxvj. dicit. ꝙ nutrimẽ/
tũ charitatꝭ eſt imminutio cupiditatꝭ. ⁊ ei⁹ perfectõ
eſt nulla cupiditas. Vñ ſicut btã virgo poſt pri
mam ſanctificatõꝫ non fuit ꝯcupiſcens ẜm actũ:
ita poſt ſcdam nõ fuit concupiſcens ẜm habitũ.
Proinde ſi p⁹ ſcdaꝫ ſanctificatõꝫ de carne Ma
ne fuiſſet aliqs purus hõ formatus miraculoſe.
⁊ ſolis naturalibꝫ relict⁹: ita fuiſſet integre natu
re ſicut eſſet hõ ex elementis vel celis format⁹: ⁊
ſuis naturalibꝫ relict⁹: ſaltem q̃tum ad illã inte
gritatem cui⁹ corruptio eſt inclinatiua ad pctm̃.
Nam ſicut celũ ꝓpter pfectionẽ forme impoſſibi
le eſt ad aliã formã mutari vel corrũpi: ita aliq̃li
ter a ſili btã ṽgo ex ꝑuilegio pfectionis grẽ non
potuit mutari in aliud vel cõtrarium. ſ. ad pctm̃
q̃dcũqꝫ. Et hoc decebat matrẽ dei. nec cõgruebat
vt dei mater eſſet ⁊ peccare poſſet. Hec Richar.
Vñ ex dictis claret ꝙ in ſecunda ſanctificatõe ex
diuina inhabitatõe tanta fuit grẽ plenitudo da
ta ṽgini vt cõfirmaret̃ in bono: ſic vt nunq̃ꝫ flecti
vel velle malũ poſſet: in quo nõ aufertur potẽtia
liberi arbitrij. ſed cõfirmat̃: ⁊ defect⁹ q̃ eſt poſſe
flecti in malũ excludit̃. Ad id facit Hiero. in ſer/
mone de aſſumptõne di. ꝙ tota plenitudo grẽ q̃
fuit in chriſto venit in Mariã. ḡ venit in eã non
tm̃ gratia ſctificatõis. ſed etiam confirmatõis in
bono. Ideoqꝫ Bonauẽ. vbi ſ̃. concludendo ſub
dit ꝙ cuꝫ Maria ſanctũ ſctõꝝ geſtauit in vtero
tunc ſanctificata fuit conformiter filio ſuo: adeo
ꝙ ſicut impoſſibile fuit chr̃m peccare: ita ⁊ impoſ/
ſibile foret matrẽ eius cadere. Et ſicut impoſſibi
le fuit ꝓpter honorẽ chr̃i vt haberet aliũ filiũ: ſic
impoſſibile fuit vt vnq̃ꝫ carnis ṽginitas viola/
retur: in q̃ dei filius habitauerat. Et ita etiã im/
poſſibile fuit vt mentis ſanctitas aliq̃ culpa ma
cularet̃. Ad cui⁹ etiã teſtimoniũ valet ꝙ quidaꝫ
iudei aſſerunt hoc mirũ fuiſſe in ṽgine Maria
ꝙ cũ eſſet pulcerrima a nullo vnq̃ꝫ viro potuit cõ
cupiſci: nec vilipendendũ eſt iſtud infideliũ teſti
moniũ: quia oportet etiã ab his q̃ foris ſunt te/
ſtimoniũ hr̃e. Hec Bonauẽ. De hoc infra lati⁹.
O igit̃ vere puriſſima. O idicibiliter ſanctiſſima
virgo Maria vere tu pulcra ꝑ puritatẽ: ſuauis
per charitatẽ: ⁊ decora per ṽginalẽ caſtitatẽ. O
deus me⁹. O Jeſu magne deus q̃ꝫ mirabilis ⁊
glorioſus es in ſctis. ſed vere mirabiliſſimus et
glorioſiſſimus in maieſtate tua: in ſctiſſima geni/
trice tua: hui⁹ tam ſctiſſime tue matrꝭ ob merita
petimus dele noſtra delicta.

Articulus ſcd̃s quomodo puritas btẽ Ma/
rie precellit puritatẽ omniũ creaturaꝝ tam ange
licaꝝ q̃ꝫ humanaꝝ.

Capitulũ. I.

Circa ſecunduꝫ myſteriũ. ſ. ꝑcellentie inueſtiganda
ſunt tria. Primũ eſt vtrũ btã vir
go ẜm ſtatũ vie nitebat tanta puritate ꝙ ſub deo
intelligi maior nequiret. Secundo vtrũ hanc
puritatẽ accepit ſimul vel ſucceſſiue ⁊ q̃n eã aſſe
cuta eſt. Tertio qualiter vel in q̃ ei⁹ puritas p
cellebat oẽm puritatẽ tam hoim q̃ꝫ etiã angelo/
rũ. Ad p̃mũ queſitũ vicꝫ vtrũ beata virgo in
via nitebat ea puritate q̃ ſub deo maior neq̃t in
telligi. Arguere potes ꝙ nõ. q: aĩa chriſti q̃ cre/
atura fuit in ſtatu vie maiori puritate nitebat
q̃ꝫ glioſa virgo. ⁊ tñ ſub deo erat puritas anĩe
chriſti. ḡ maior puritas põt ſub deo intelligi q̃ꝫ
ea quã habuit virgo. Itẽ ipa btã virgo in ſtatu
glorie nitebat maiori puritate q̃ꝫ ĩ ſtatu vie: ⁊ tñ
ſub deo. Itẽ oẽs ſcti angeli ⁊ ſcti patrie ĩ ſua pu
ritate glie pl⁹ vident̃ appropinq̃re puritati pa
trie q̃ꝫ q̃cũqꝫ puritas ſit vie. illa enĩ ſufficit ad hõ
vt poſſint patriã lucẽ ꝑ ſpeciẽ videre. Hec autẽꝫ
nõ ita. ḡ glioſa virgo non nitebat tũc ſũma ſub
deo puritate. In ꝯtrariũ eſt Anſ. li. de ꝯceptu
ṽginali. c. xviij. dicẽs. Nepe decẽs erat vt ea pu
ritate q̃ ſub deo maior neq̃t itelligi ṽgo illa nite
ret cui deus pater vnicũ filium ſuũ queꝫ d cor
de ſuo equalem ſibi genitũ tanq̃ꝫ ſeipm diliges
bat ita dare diſponebat vt naturalit̃ eſſꝫ vnus
ideqꝫ cõis dei pr̃iſ ⁊ virgis fili⁹: ⁊ quã ipe filius
ſubſtãtialit̃ ſibi matrẽ eligebat: ⁊ de q̃ ſpũſſctũs
operatur⁹ erat vt cõcipet̃ ⁊ naſceret̃ ille de q̃ ipſe
ꝓcedebat. Hec Anſ. Rñſio ꝙ btã virgo etiam
in ſtatu vie ea puritate nitebat q̃ maior ſub deo
intelligi nequibat. Et ꝓbat̃ ẜm Alb. ſup Miſ/
ſus ẽ pluribꝫ rõibꝫ: e qbꝫ aliqs hic adducem⁹:
alijs amore breuitatꝭ ꝑtermiſſis. Pria rõ ſũ/
me donatiõis. q: ad dationẽ ſummi doni ſequi
tur collatio omniũ donorũ inferiorũ. iuxta illõ
apli Ro. viij. Qui ꝓprio filio ſuo nõ pepcit ſꝫ
ꝓ nob oibꝫ tradidit ⁊c. quõ nõ cũ ipo nob oĩa
donauit. ſed dñs btẽ virgini ſummũ donũ do/
nauit cui⁹ capax fuit pura creatura. ſ. dei mater
nitatẽ. ḡ ⁊ ſummã puritatẽ. Scda rõ ſublima
tionis. q: ipa btã virgo erat ſublimãda ⁊ exaltã
da ſup oẽs choros angeloꝝ ⁊ ſctõꝝ atqꝫ ſuper
omnẽ creaturã poſt chriſtũ: quã ſublimationẽ
habuit in aſſumptiõe. Sed q: vt ait Diony. li.
d angelica hierarchia. ſupiores habẽt ꝑfectates
ĩferioꝝ cũ excellẽtia. Vñ ſeraphin q̃ excellit cha/
ritate excellit oibꝫ donis oẽſ inferiores. ḡ b. ṽgo
cũ excellit oẽs etiã ſeraphin charitate: excellit oẽſ
etiã puritate. Tertia rõ impletõis: q: b. virgo
ſup oẽꝫ creaturã ĩpleta eſt ſpũſctõ. Lu. j. Spũſ
ſctũs ſupueniet. glo. qd nunq̃ꝫ in aliqueꝫ venit
ſupexcellẽter veniet in te. Et iteꝝ. Aue grã plena
⁊c. Sed effectus ſpũſſcti eſt purificare. Deniqꝫ
vt ait Bern. Grã eſt puriſſimũ balſamuꝫ mun



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diſſimū vas reqrens . ergo vbi maior gr̄a ſpūſ/
ſancti:ibi maior puritas eſſe debuit. ꝛ per conſe/
quens ipſa ſūme pura fuit. Vñ ſimplr̄ verū eſt
ꝙ glioſa oīm dña etiaꝫ in ſtatu vie ſup oēm cre/
aturā ea puritate nitebat q̄ ſub deo neqͭ maior
intelligi. Ad illud ḡ in contrariū de aīa chri
dicēdū ꝙ b. ꝟgo dicit puriſſima imediate poſt
puritatē chriſti. Si dicas ꝙ Anſ. non dicit poſt
chrm̄.ſed poſt deum. Dico ꝙ chr̄s deus eſt.ergo
poſt chrm̄ ipſa puriſſima eſt. Vel aliter dicendū
erquo obiectō eſt de aīa chri:ꝙ hec puritas dr̄
per elongatōꝫ vel receſſum ab impuro vbi aptū
natum eſſet ineſſe ipurū.i.pctm̄: q̄ꝛtū ex ſe.in aīa
autem chri:qꝛ nō fuit aptū natum ineſſe impuꝝ
imo nullo mō ei potuit ineſſe ipuritas aliq̄ etiaꝫ
ex mō ſue cōceptōis:qꝛ ſupnaturaliter chr̄us de
virgine cōceptus eſt ſpūſctō oꝑante.ḡ non fit hic
locutio reſpectu chri ꝛ anīe eius.ſed reſpectu alia
rū creaturaꝝ in qb; eſt aptitudo impuritatis ex
ſe. ſicut ꝛ in btā virgine aptitudo fuit q̄dē ineſſe
aliqͦd ipuꝝ: qꝛ ex mō ſue cōceptōis habuit apti/
tudinē ꝯtrahēdi originale pctm̄. ſed diuina gr̄a
ſpecialiqꝫ ꝓuilegio ꝑſeruata eſt ne ꝯtraheret. de
hoc li.iiij.latiſſime dictū eſt. Ad ſecundū vicꝫ
de ſtatu patrie: ſilr̄ ꝛ tertiū de angelis ꝛ ſanctꝭ in
patria dicendū ſm Alb. vbi ṡ. ꝙ in beatiſſima
ꝟgine ſm ſtatū vie fuit gr̄a deiformior q̄ꝫ in an/
gelis ꝛ ſanctis in pr̄ia: ꝛ h̄ q̄ꝛtū ad ſubſtantiā di/
co:non q̄ꝛtum ad actū qui eſt oꝑatio glorioſe vi
ſionis fruitōis ꝛ tentōis. ſicut li.ix.parte.j. ar.ij.
de charitate determinabitur. Nec obſtat de puri
tate quā ipſa habet in ſtatu glie: qꝛ eandē puri/
tatē habuit ipſa in ſtatu vie ſm ſubam:licet non
ſm actū. Nec obſtat ꝙ ſua puritas in via nō ple
ne apprehēdit per ſpeciē lucem increatā:qꝛ hoc fe
cit ſtatus ꝛ ſubiecti cōditio ꝛ contrarij cōiunctio
ꝛ minor motoris attractio:vt dicet de charitate
eius. Et hoc oñditur per ſilr̄e. Videmus enim ꝙ
quādoqꝫ maior lux minꝰ illūinat: ꝛ minor lux
magis illuminat ꝑ coniūctōꝫ cum aere obſcuro
vel claro. Vñ qñqꝫ magꝭ illuminat luna in no/
cte aere puro q̄ꝫ ſol in die aere obſcuro : ꝛ tñ im/
proportionabilr̄ maior eſt lux ſolis q̄ꝫ lune. Ꝯ ſi
mili nō videt incōueniens ſi maior lux gr̄e in ſb
iecto paſſibili coniuncto corpi paſſibili ꝛ groſſo
minus imutat ꝛ mouet actualiter q̄ꝫ minor lux
glie in ſubiecto impaſſibili ꝛ glioſo.i.in angelis
ꝛ ſctis. Patet igr̄: qꝛ ipſa ſūma puritate nitebat
qua maior ſub deo neqͭ intelligi.

Capitulū. II.

Utrū pmiſſa q̄ſtio eſt ſecunda:qñ acce
pit b. ꝟgo hanc puritatē in ſūmo:ꝛ vtꝝ
ſimul vel ſucceſſiue. Et q̄ eñ Anſ. dicit
huiꝰ puritatꝭ eſſe cauſam ꝙ vicꝫ debuit eſſe ma/
ter dei.ſed q̄a effectus nō prius eſt in re q̄ꝫ in ſua
cauſa.ḡ tunc cū facta eſt mr̄ dei debuit ea purita
te nitere qua maior ſub deo neqͭ intelligi. ꝛ ſic ꝓ
us nō nitebat ea puritate. Et iſto modo Anſ. di

ctum accipiūt hi q̄ tenent Mariā fuiſſe ꝯceptaꝫ
in pctō originali ꝛ poſt mundatā. Sed quia in
hoc ſeqͬr doctores noſtros:p̄ſpue Fran. maro.
ideo dr̄ ꝙ licet Maria etiā ante chri ꝯceptioneꝫ
habuit ſub chr̄o puritatem ſūmā quo ad remo/
tionem cōtrarij.i. pcti originalis:qꝛ puritas ipſa
intendit per receſſum a ꝯtrario:vt de hoc patuit
li.iiij.pte.j.ar.iij.§.x.in fine.ꝑ verba Tho. de aq/
no. veruntñ puritas marie augmentū ſumit in
crementū ſucceſſione q̄ ad approximatōꝫ:ꝛ cōue
nientiam maiorē ad ſummā lucem que deus eſt
.j. Iob.j. Et hoc ſm Alber. vbi ṡ. q̄ttuor gdib;.
Primo eñ purificata fuit Maria ꝑ ſanctifi/
catōꝫ in vtero ſue matrꝭ. Tunc eñ ſm nr̄os do/
ctores fuit ꝑſeruante gr̄a dei ſpeciali purificata
nō de pctō qͦd infuit.ſed qͦd infuiſſet:niſi ꝑſerua
ta fuiſſet. Scdo fuit puritas aucta in ea ꝑ vir
tutum exercitatōꝫ qñ cepit oꝑari ſm ꝟtutes.iu/
xta illud Act.xv.de fidelib; ſcriptū. Fide purifi/
cans corda eoꝝ:ꝛ tunc accepit actualē perfectōꝫ
virtutū. Tertio puritas aucta fuit in ſupuen/
tōe ſpiritusſcti. iuxta illud Lu.j. Spūſſctūs ſup
ueniet in te ꝛc̄. ꝛ tunc accepit ꝑfectōꝫ donoꝝ.
Quarto purificata eſt in filij cōceptōe qñ eſt cō/
pleta eius illuminatō ꝛ ꝑfecta purificatio in ꝯce
ptōe ipſiꝰ eterne lucꝭ:ꝛ tunc accepit ꝑfectōeꝫ fru/
ctuum ꝛ btitudinū. Vñ ꝑma eiꝰ purificatio eſt
per gr̄am coopantē ad gratiam ſacralem aliqlꝭ/
ter conformē. Scda per oꝑatōꝫ virtualem:qꝛ
poſtmodū cūꝫ oꝑari cepit infantia trāſacta oꝑa
bat etiā ſm virtutes. Deniqꝫ conſtat q̄a in perfe
ctōib; gratuitꝭ ad oꝑandū dona ſunt ſupiora ꝟ
tutib;:ꝛ btitudines ſupiores ſunt donis. Ter
tia ḡ eius purificatio eſt per gr̄am donorū atqꝫ
perfectōꝫ eorum. ꝛ Quarta beatitudinū. De ꝑ
ma eiꝰ puritate Cañ.iiij. Tota pulcra es amica
mea:qꝛ ab oī pctō aliena. Vñ ſubdit. ꝛ macula
non eſt in te. De ſcda Sap.iiij. Quam pulcra eſt
caſta gñatio.ſ. ꝟginalis ꝯceptōis cum charitate
que ē forma oīm ꝟtutuꝫ.qm̄ ꝛ apͦd deū nota ē.ſ.
noticia approbatōis ꝑ humilitatē.iuxta illͦd Lu.
.j. Reſpexit dñs humilitatē ancille ſue. ꝛ apud
hoies.ſ. per imitatōꝫ ꝟtuoſe oꝑatōis. De tertia
puritate ſubdit Iſa. xj. Requieſcet ſup eam ſpūs
dñi ſpiritus ſapie ꝛ itellectus. De q̄rta Ezech.xl
iiij. Maieſtas dñi ingreſſa eſt templū ꝑ viā por
te que reſpicit ad orientē. Et ſeqͬtur. Et repleta ē
gloria dñi. Irē Iſa.iiij. Locū maieſtatꝭ mee glo/
rificabo.

Capitulum. III.

Tertio hoc in articulo inueſtigandū eſt
in q̄ vel q̄liter puritas b. ꝟginis ꝑcelle
bat puritatē oīm tam angeloꝝ q̄ꝫ hoīꝫ
Ad huius rei euidentiā ſm noſtrū doctorē Pe
trum aure.in ſuo cōpendio:ꝛ ꝯcorditer beatum
Tho.iiij.ſcꝑto ſenten.q.j.art.ij.ꝛ.iij.parte ſūme
q.xxvij.arti.xvj. Nota ꝙ beata ꝟgo quadrupli/
cem habuit puritatē.ſcꝫ ſanctificatōis materno
in vtero:innocentie:caſtitatꝭ virginee:ꝛ ſuperuē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tõnis ſpũſſcti in conceptu. ¶ Prima puritate.ſ.
ſanctificatõis in matris ventre excellebat ꝑ cõfir
matioñe puritatẽ Ade quã habuit ante pctm̃ in
ſtatu innocentie: qꝛ btã virgo confirmata erat in
bono: Adam vero nõ. Excellebat etiã ĩ ea purita
tem angeloꝝ: q̃ licet ſint confirmati in bono ta/
men nec creſcere pñt in p̃mio ſubſtantiali: nec de
creſcere. ſed b. v̾go ꝑficere potuit in merito ⁊ nõ
deficere. ¶ Scõa puritate.ſ. innocẽtie excellit oẽs
puritate rationalis nature. q̃a beata virgo vixit
ſine omni pctõ: ⁊ inq̃ntũ mater dei electa peccare
nõ potuit: quod nulli eſt conceſſum vel donatũ
alteri. ¶ Tertia puritate.ſ. caſtitatꝫ virginee ipſa
excellit hoĩes ⁊ angelos. Hoĩes q̃dem: qꝛ p̃mũ
exemplar fuit huius integritatꝫ: vt nec primã ſi/
milẽ: nec habere viſa ſit ſequentẽ. Angelos etiã:
qꝛ ſm̃ Hiero. hoc retinuit ꝑ v̾tutẽ caſtitatis qꝺ
in angelis eſt neceſſitatꝫ nature. ¶ Quarto in pu
ritate ex ſpũſſcti ſuperuentõe ⁊ pñtia dei oĩa cre/
ata excellit ex q̃ mater dei eſſe meruit. Quis ergo
mente capere ſufficiat q̃ʒtũ ipſa pre oĩbꝫ nitidiſſi
ma ⁊ ſũma puritate poſt deũ refulgeat. O v̾go
glorioſiſſima ſuper oẽs ſanctos ⁊ angelos pu/
riſſima. O ſanctoꝝ ſanctiſſima. O oĩm creatura
rum dña: cũ non ſufficiamꝰ enarrare tua mag̃/
lia: hoc tm̃ flagitamꝰ prece hũillima q̃tinus per
tue puritatꝫ merita ſctiſſima dele ſordiũ nr̃aꝝ cri
mina ⁊ duc ad tui p̃duciſſimi nati regna felicia.

¶ Articulꝰ tertius q̃libus priuilegijs puritas
beate Marie p̃ alijs extat glorioſa: ⁊ ſunt.xij.

CIrca tertiũ my
ſterium vicꝫ ꝑuilegiatẽ ſeu ꝑroga
tiue gratie. ¶ Notandũ ꝙ iuxta nu/
merũ.xij. ſtellaꝝ in corona capitis
beate v̾ginis Apoc.xij. figurata poſſumꝰ deſcri
bere.xij. ꝑuilegia ſeu grãs ⁊ ꝑrogatiua ſue puri
tatis: q̃bꝫ pre oĩbꝫ creatis extat ipa glorioſa: ⁊ po
terunt diuidi in tres q̃ternarios: q̃ꝝ. Primus ſe
tenet ex parte dei. Scõs ex parte ſui. Tertius ex
parte alioꝝ: vt patet intuenti.

¶ Primũ priuilegiũ qꝛ eius puritas fuit deo g̃
tiſſima.
¶ Scõm: qꝛ fuit filio dei familiariſſima.
Tertiũ: qꝛ fuit diuino ſplẽdore radioſiſſima.
Quartũ: qꝛ fuit dei maternitate digniſſima.
Quintũ: qꝛ fuit totalis ⁊ pleniſſima.
¶ Sextũ: qꝛ fuit tranq̃lliſſima.
Septimũ: qꝛ fuit conſtantiſſima.
Octauũ: qꝛ fuit miraculoſiſſima.
Nonũ: qꝛ fuit etiã in alijs efficaciſſima.
¶ Decimũ: qꝛ fuit pre alijs ꝑfectuoſiſſima.
Undecimũ: qꝛ erat mundo fructuoſiſſima.
Duodecimũ: qꝛ extitit oĩbus reuerendiſſima.

PRimũ itaqꝫ ꝑuilegiũ tanq̃ꝫ p̃ma ſtella
puritatꝫ btẽ virginis eſt: qꝛ eiꝰ puritas
fuit deo gratiſſima ⁊ amãtiſſima. Uñ
Sap.viij. Hanc adamaui ⁊ exq̃ſiui ſpõſam mi
hi eã aſſumere: ⁊ amatoꝛ factꝰ ſum forme illiꝰ ⁊c.
Tantũ quippe amauit deꝰ puritatẽ b. v̾ginis vt
eam tota trinitas pr̃ filius ⁊ ſpũſſctũs inhabita
uerit tanq̃ꝫ in predilectiſſimo taberna culo: tam
miro mõ ꝙ in nll'a alia creatura ſic voluerit ha/
bitare. Uñ ipſa v̾go btã dicere põt. Qui creauit
me req̃euit in tabernaculo meo Eccĩ.xxiiij. Licet
ergo deꝰ dilexerit angelicã puritatẽ ⁊ in eis habi
tauerit: magis tñ dilexit virginis Marie purita
tem in qua ſic habitauit: vt ex eiꝰ carnis mũdiſſi
me ſeu ſanguis puriſſimi portõe ſibijpſi inſepa
biliter vniret carnẽ puriſſimã aſſumptã ⁊ in oĩ/
bus creatis adorandã p̃exaltaret. Idcirco ange
lus eam ſalutando dixit Aue.i.ſine ve: in q̃ nota
uit eius puritatẽ. ⁊ q̃ʒtũ ꝑpterea deꝰ eam diligat
ſubdit: gratia plena dñs tecũ.q.d. q̃a es puriſſi/
ma ſine oĩ ve. ideo deo es gratioſiſſima ⁊ total'r
dilecta adeo ꝙ dñs tecũ per inhabitatõꝫ tui vte/
ri ⁊ carnis aſſumptionẽ. ¶ Scõm priuilegium:
quia eius puritas extitit filio dei familiariſſima.
Nunq̃ꝫ eñ̃ alicui creature cõceſſum eſt: nec con/
cedetur etiã angelis: vt ſic familiaris foret filio
dei.i.chr̃o ſicut puritas beate v̾ginis: vt vicꝫ tam
frequenter: tam familiariter chr̃m amplexaretur
oſcularet̃: manibꝫ contrectaret: ⁊ vlnis portaret:
lactaret: nutriret: ⁊ educaret quemadmodũ btã
v̾go. Uñ dicere poterat illud Cañ.vj. Dilectus
meus.i.chr̃s mihi: ⁊ ego illi: q̃ paſcit̃.ſ. familiari/
ter ⁊ delicioſiſſime inter lilia.ſ. puritatꝫ mee. Hic
Sap.vij. Generoſitatẽ illiꝰ ſcꝫ b. v̾ginis g̃lificat:
contuberniũ hñs dei.ſ. pre oĩbꝫ creatis. ¶ Ter/
tiũ priuilegiũ: qꝛ fuit diuino ſplẽdore radioſiſſi/
ma. Nimirꝫ ipſa ex ſũma approximatõe ad puriſ
ſimam lucẽ diuinã fuit ita radioſa ⁊ plena tota
diuino lumine: ꝯcupiſcendo illũ qui eſt ſplẽdoꝛ
paterne g̃lie ꝙ nulla fuerit in ea habilitas ad te
nebras vel impuritatẽ aliquã. ſed radiaret ⁊ re/
fulgeret pre oĩbꝫ puris creaturis ſplẽdore diuio
Uñ Ezech.xliij. Ecce g̃l'ia dei iſr̃l' ingrediebat̃ ꝑ
portam orientalẽ.i.ꝑ btãm virginẽ: ⁊ terra.i. caro
beate v̾ginis ſplendebat a maieſtate eius.i. chr̃i
De hoc eiꝰ ſplẽdore dictũ eſt latiꝰ li.ij.par.ij.art.
.iij. circa q̃rtũ eius gaudiũ. ¶ Quartũ priuilegiũ
puritatis eius: q̃a extitit dei maternitate digniſſi
